nachos præcipuo semper **88** in honore habuit familiariterque adhibuit ad mensam: et hos quidem ita assidue, ut nemo illam accumbentem viderit sine monachis convivis. Species erat ejus tota venerabilis angelis, demonibus terribilis, lascivus et voluptarios, si qui occurrerent, tam acribus figebat oculis, ut severitatem aspectus illius ferre non possent: modestis sane ac probis hilarem se ac propitiam ferens. Nam tristitiæ modum perinde atque hilaritatis norat tenebatque, ut neque gravitas ejus tetrica nimium ac fera, nec rursus affabilitas justo blandior, et levitatis affinis videri posset: adeo mediocritatem amabilem simul et venerabilem ex mistione humanitatis cum austeritate temperaverat, arte quadam et conato virtutis; nam suapte natura propensior ad triste ac meditandum silentium erat, per quod novas et novas semper concipiebat versabatque animo cogitationes, non perniciosas reipublicæ, ut malevoli murmura-bant, sed omnino salutare, et perditum jam imperium peneque ad nihilum redactum in totum decus amplitudinis pristinae, quantum fieri poterat, reparantes. Cæterum quantacunque negotiorum moles incumberet, nequaquam ita illa se opprimi sinebat, ut ad religiosa officia vitæ monasticæ quam usurpare in palatio decreverat, præcipi sibi tempus pateretur. Verum pleramque noctis partem divinis hymnis, juxta descriptionem ecclesiasticam in diurna toto anno pensa dispensatis, integre reddendis ac celebrandis insumebat: tum non exiguum spatium somno detractum fundendis ad Deum privatis precibus et cæteræ religioni dabat, haud dubiis nocturnæ contentionis et vigiliarum in con-fecti exhaustique macie corporis signis exstantibus. Sub ea circa diluculum fere, nonnunquam a se-

viris doctis apud evangelistam, in ms. bibliothecæ Regiæ legi: *Tertio pullo ter me negabis*, ubi lectio Vulgata habet: *Antequam gallus cantet, ter me negabis*. Ita apud Ammianum Marcellinum, lib. xx, *pullum silentem*, gallicinium interpretatur Valesius, ubi de Juliani inauguratione: *Impositusque scuto pedestri, et sublatius emineus, pullo silente Augustus renuntiatus*. Sic enim præferunt mss. et editiones Romana et Florentina, non vero *nullo*, ut Vulgate. His enim verbis designavit Marcellinus ὡραν τρίτην, qua se imperatorem proclamatum testatur idem Julianus in Epist. ad Athenienses. Vide Arnob. in *Psal.* pag. 382, 485 edit. Froben.; Vitam S. Materni episc. Trevir. apud Bosquet. pag. 49; Heinsium ad Theocrit. id. 7, et Bourdelotium ad Heliod. lib. 1.

(14) Κοσμικαῖς. Glossæ Græco-Lat. κοσμικός, sæcularis. Utuntur Canones Apostol. can. 7; Concil. Sardic. c. 7; Ephesin. part. 1, c. 30, § 5; Chalcedon. can. 3, 24; Armenopolus, lib. 1, tit. 3, § 12, 13; Theophylactus Bulg. epist. 14, Pachymeres, lib. v, et alii. *Mundialis* Victori Uticensi, Prudentio, Joanni Diacono in Vita S. Gregor. et aliquot aliis.

(15) Τέμενος τῆς Θέκλας. Quatuor potissimum D. Theclæ sacra templa Constantinopoli, vel in

cundo gallicinio, negotiis expediendis operam dabat de comitiis et magistratum lectionibus statuens; et libellis petentium consulentiumve respondens, ad hæc illi scribæ ministerium navante Gregorio Genesio. Hæc si quis rhetor ornare dicendo et coloribus artis illuminare aggrediretur, quos non veterum ex utrovis sexu laude virtutis illustrium ab ista superatos, gloriæque majoribus radiis obscuratos demonstraret? Utiq; si res hujusce nostræ vel per se spectatas celebrare vibratis collectisque sententiis, et exquisito apparatu lectorum sensuum, vel comparare cum aliis, et quanto his intervallo præsentent copiosius docere conaretur, prout artis dicendi præcepta præscribunt. At nobis quibus historiæ simplicitatem professis certe tam disertis esse non licet, ignosci æquum est ab iis qui cum virtutem matronæ istius magnificamque dignitatem, præsentiam in omnibus solertis animi, atque excellentissimam sapientiam, usu forte ipsi ac visu perspexerint, res tantas tamque præclaras jejune a nobis exiliterque tractatas vel mirabuntur, vel etiam succensibunt. Me vero ne hæc fortasse quidem ipsa suscepti operis **89** ratio tam multis exsequi patitur: quæ iametsi recordatio assidue aurem vellit ac revocat, non prius tamen, quandoquidem digredi semel cœpi, redire in viam placet quam adhuc paulo ulterius excurrerim. Solebat esdem avia mea non totum negotiis sæcularibus diem impendere, sed statis quotidie horis sacris operam dare, sacrificioque liturgico juxta usum canonicum interesse in templo piæ martyris Theclæ quod imperator Isaacius Comnenus ipsius levir extrui curaverat tall quadam ex causa. Cum principe Dacorum icli olim fœderis pertæsi bellum in Romanos meditantur, jamque aggredi cœpissent: id animadvertentes Sauromatæ, Mysi a veteribus appellati, ne ipsi quidem continere se intra limites ac quiescere volebant. Sed cum ulteriorem Istri ripam, qua id flumen Romanam ditionem suo alveo terminabat, incolerent, inde in fines nostros irruperunt, injuriis a Getis quos infestos alia parte patiebantur

A κράτωρ Ἰσαάκιος ὁ Κομνηνὸς καὶ ἀνδράδελφος αὐτῆς ἐκ τοιαύτης αἰτίας ἰδαίματο. Ἐπεὶ γὰρ αἱ πάλαι εἶχον οἱ τῶν Δακῶν ἀρχηγέται μετὰ τῶν Ῥωμαίων σπονδὰς τηρεῖν εἰσέτι οὐκ ἤθελον, ἀλλὰ παρασπονδήσαντες διέλυσαν, τούτου δὲ δήλου τοῖς Σαυρομάταις (16) γεγονότος, οἱ πρὸς τῶν πάλαι Μυσοὶ προσηγορεύοντο, οὐδὲ αἰτοὶ τοῖς ἰδαίοις ὁρίοις ἐμμένοντες ἤθελον ἠσυχάζειν ¹⁶ νεμόμενοι πρῆτερον ὅπῃ ὁ Ἰστρος πρὸς τὴν Ῥωμαίων διορίζει ἡγεμονίαν, ἀλλ' ἀθρόον ἀπαναστάντες πρὸς τὴν ἡμεδαπὴν γῆν μετεκίσθησαν. Αἰτία δὲ τῆς τούτων μετακίσεως ἡ τῶν Γετῶν κατ' αὐτῶν ἀσπονδία ἔχθρα, ὁμορῶντων μὲν ἐκείνοις, τούτους δὲ ληστευόντων. Διὰ ταῦτα κάρῃ ἐπιτηροῦντες, ἐπεὶ τὸν Ἰστρον ἀποκρυσταλλωθέντα εἶδον, ὡσπερ **B** ἠπαίρω τούτῳ χρησάμενοι ἐκείθεν πρὸς ἡμᾶς μετανίστανται ¹⁷, ὅλον ἔθνος τοῖς ἡμετέροις ἐπιφορτισθὲν ὁρίοις, καὶ δεινῶς ἐλιγίζοντο τὰς παρακειμένας πόλεις καὶ χώρας. Τοῦτ' ἐνωτισθεὶς ὁ βασιλεὺς Ἰσαάκιος, δέον ἔκρινε τὴν Τριάδιτζαν (17) καταλαβεῖν, ἐπεὶ τοὺς ἐφόους Βαρβάρους τῶν ἐπιχειρημάτων φθάσας ἀνεῖρξε, καὶ τοῦτο δὴ ἀπραγμονέστατον αὐτῷ ἐγγόνει τὸ τμήμα. Καὶ δὴ τὸ ἐπιτιτικὸν ἅπαν συλλεξάμενος, τῆς πρὸς τὰ ἐκείσε φερούσης ὁδοῦ ἤψατο, ἀπελάσαι βουλόμενος τῶν Ῥωμαϊκῶν ὄρων αὐτοῦς. Οἱ δὲ τοῦτον θεασάμενοι, εὐθύς διαιρεθέντες διαφόρου γνώμης γεγόνασιν. Ὁ δὲ οὐ πάνυ πιστεύειν αὐτοῖς ἔχων, ἐπὶ τὸ καρτερώτατον καὶ δυσμαχώτερον μέρος αὐτῶν **C** σὺν καρτεροῦ τῆ φάλαγγι ἵεται. Καὶ δὴ πλησιάσας αὐτοῖς, ἐαυτῷ τε καὶ τῷ στρατοπέδῳ κατέπληξε, πρὸς μὲν γὰρ τὸν οἶα δὴ κεραυνοφόρον ἀντωπεῖν οὐκ ἐτόλμων, τοῦ δὲ στρατοπέδου τὴν ἀρραγῆ συνασπισμὸν βλέποντες αὐτοὶ διελύοντο. Ἵποχωρήσαντες οὖν πρὸς μικρὸν, πόλεμον εἰς τρίτην αὐτῷ ἀναγγειλάμενοι, τὰς σκηνὰς αὐθήμερον ἀφέντες φυγαδεῖα ἐχρήσαντο. Ὁ δὲ καταλαβὼν ἐνθα αὐτοὶ ἠύλιζοντο, καὶ τὰς τε σκηνὰς αὐτῶν κατασκάψας καὶ τὴν εὐρημένην λείαν ἀπαγαγὼν, τροπατοφόρος ἐπάνεισι. Γενομένου δὲ περὶ τοὺς τοῦ Λοβιτζοῦ (18) ¹⁸ πρόποδας Ῥαγδαῖος ὄμβρος αὐτὸν

Variæ lectiones ex eod. Coislin.

¹⁶ Desunt voces ἤθελον ἠσυχάζειν. ¹⁷ ἐπανίστανται. ¹⁸ παρὰ τοὺς Λοβιτζοὺς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

suburbanis, observo. Primum quidem Codinus, **D** *De orig. C P.* a Constantino M. in loco Contrario dicto exstructum, et Deiparæ primo dicatum refert, deinde a Justino Curopalata imperat. in nomen S. Theclæ transfusum. Alterum a Justiniano adhuc privato ad urbis portum Ceratinum ædificatum narrat Procopius, lib. 1 *De ædific. Justin.* quod idem Justinus postmodum renovavit, ut auctor est Zonaras. Tertium juxta Galatam (nisi idem fuit cum Justiniano) occurrit in Chronico S. Nicephori in Catalogo patriarch. C P. et in Novella Justiniani 159, ubi portæ Syceenæ regionis, τῆς ἀπαγούσης εἰς τὸ Μαρτύριον τῆς ἀγίας Θεκλᾶς meminit, quæ potuit esse maritima porta, qua, emenso freto, ad illud ibatur. Quartum denique condidit Isaacius Comnenus ex ea quæ hic ab Anna, Zonara, Scylitæ, et Glyca refertur occasione, intra palatu septa, Blacherniani scilicet, ut habet idem Scylitzes, qui

illud, perinde ac Anna, ab elegantia commendat. Verum contra reclamat Zonaras, scribens ædem istam sordidioris Isaacii parcimonie argumentum fuisse, majori vero et ampliori magnificentia reædificatam a Joanne Alexii imp. filio, et in nomen Servatoris Jesu Christi commutatam.

(16) *Σαυρομάταις*. Qui Zonaræ et Scylitzæ in Isaacio *Hungari* dicuntur.

(17) *Τριάδιτζαν*. Quæ olim Sardica, urbs Thraciæ, vel ut alius placet, Illyrici, aut Daciæ, concilio Sardicensi celebris. Vide Nicetam in Man. lib. iii, n. 1; Glycam in Const. M. Sirmoud. ad Sidon. Paneg. Anthem.; et Carolum a S. Paulo in *Geogr. sacra*, pag. 201.

(18) *Λοβιτζοῦ*. Castrum in Mysia, de quo Zonar. Scylitzes, Glycas, et Nicetas in Isaac. Ang. lib. ii, n. 1.

καταλαμβάνει καὶ νιφετὸς ἔξωρος, εἰκοστὴν πρὸς τῆ τετάρτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου ἄγοντος ἐν ἧ ἡ τῆς μεγαλομάρτυρος Θεόκλης μνήμη τελεῖται. Πλημύρας οὖν γενομένης τῶν ποταμίων ρευμάτων, καὶ ὑπερχειλῆσαντος τοῦ ὕδατος θάλασσαν ἦν ἄρᾶν ἅπαν τὸ πεδῖον ἐκεῖνο, ἐν ᾧ ἡ τε βασιλικὴ σκηνὴ καὶ τὸ ὀπλιτικὸν ἅπαν κατεσκήνυτο. Ἐντεῦθεν τὰ πρὸς χρεῖαν ἅπαντα ἔφανεσθησαν τοῖς ποταμίοις ρεύμασι παρατυρέντα, οἱ ἄνθρωποι δὲ καὶ τὰ κτήνη ὑπὸ τοῦ κρύους ἐπήγνυντο. Ἐρυκᾶτο δὲ καὶ βροντῶν ὁ οὐρανὸς, ἀστραπαὶ δὲ συνεχεῖς χρονικὴν μὴ ἔχουσαι τὸ παράπαν διάστασιν τὸ περιγεῖον ἐκαίνο ἅπαν ἐμπρῆσαι οἷον ἱπεῖλουν. Ταῦτα ὁρῶν ὁ βασιλεὺς ἐν ἀμηχανίᾳ ἦν ἄναστολῆς δὲ μετρίας γενομένης, πλείστους τε ἀποθαλῶν ταῖς δύναις τῶν ποταμίων συσχιθόντας ρευμάτων ἐκεῖθεν μετὰ τῶν λογάδων ἐξείσι, καὶ ὑπὸ φηγόν τινα μετ' αὐτῶν ἀπελθὼν ἴστατο. Ἦχος δὲ μεγίστου καὶ βοῆς ἀπὸ τῆς ἰσοδρῦς οἷον ἐξερχομένης αἰσθόμενος, καὶ σφοδρότερων ἀνέμων τηνικαῦτα πνεόντων, πτοηθεὶς, μὴ τῆ τούτων βία ἢ δρῦς κατενεχθῆ, τοσοῦτον διάστημα ἀποστὰς ὀπόσον ἢ δρῦς, εἰ κατενεχθεῖ μὴ φθάσῃ πατάξαι αὐτὸν ἐννεδὸς ἴστατο. Ὁ δ' εὐθὺς ὡσπερ ἐκ συνθήματος ριζῶθεν ἀνασπασθεὶς εἰς γῆν ὄρᾶτο κείμενος. Ὁ δὲ βασιλεὺς θαυμάζων εἰστήκει τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτὸν κηδεμονίαν· λογοποιουμένην δὲ ἀποστασίαν περὶ τὴν ἔω (19) μαθὼν, εἰσεῖσιν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τηνικαῦτα ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς μεγαλομάρτυρος Θεόκλης ναλὴν περικαλλῆ ἐδείμματο, μεγαλοπρεπῶς μὲν κατεσκευασμένον καὶ ἱκανῆ δαπάνῃ, χειρὸς τε τὸ πρῶτον ἔχοντα, σῶστρά τε θύσας (20) ἐν αὐτῷ Χριστιανοῖς προσήκοντα τοὺς θεῖους ὕμνους διὰ παντὸς ἐν αὐτῷ ἀπεπλήρου. Οὕτω δὲ τὸ ἤδη ῥηθὲν ἱερὸν τέμενος ἐπ' ὀνόματι τῆς μεγαλομάρτυρος Θεόκλης ἀνφοδομήτο, ἐν ᾧ τὰς ἐντεῦξεις, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἡ βασιλεὺς καὶ φῆτηρ τοῦ αὐτοκράτορος Ἀλεξίου συνεχεῖς ἐπεποίητο. Ἦν κἀγὼ βραχὺν τινα τεθέσμαι χρόνον καὶ τεθαύμακα καὶ ὅτι μὴ κόμπος τὰ ἤδη ῥηθέντα, ἴσασιν ἅπαντες καὶ ὁμολογήσαιεν, εἴγε βούλοιντο, ὀπόσοι ἄτερ πάθους τὴν ἀλήθειαν ἐκκαλύπτειν ἐθέλουσιν. Εἰ μὲν γὰρ ἐγκωμιάζειν προσιλόμην, ἀλλὰ μὴ ἱστορίαν ποιῆν, ἐπὶ πλέον ἂν ἐπαφῆκα τὸν λόγον τοῖς περὶ τούτων διηγήμασι, καθάπερ φθάσασα ἐδήλωσα· οὖν δὲ ἐπανακτίον αὐθις αὐτὸν πρὸς τὸ προκείμενον.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

¹⁹ τοῦ. ²⁰ ἐξερχομένου. ²¹ ὁ. ²² ὁ. ²³ καταρράξαι. Sed hoc altera manu. ²⁴ Deest vocula ὁῆ.

Car. Dufresnii De Cangii notæ.

(19) Ἀποστασίαν περὶ τὴν ἔω. Ex falso rumore, inquit Scylitzes.

(20) Σῶστρά τε θύσας. Solebant veteres ob restitutam sanitatem, et ob vitatum periculum diis sacrificia offerre in gratiarum actionem, idque σωτήρια et σῶστρα θύειν, et πανηγυρίζειν dicebant. De quo more Xenophon Ἐναθάττω, lib. iv; Dion. lib. xli; Herodot. lib. i; Herodianus, lib. i, et iv; Psellus, De operat. Dæmon. pag. 95; Achilles Tattius, lib. i; Eustathius καθ' Ἑρμῆν, lib. vi et x; Martialis, lib. xii, epigr. 45; Statius, lib. i; Sylv.

PATROL. GR. CXXXI.

Assiduis incursionibus ac latrociniis acceptis, cum in auctores minus possent, in Romanos innoxios ulturi. His igitur instigantibus causis ad iram, nostrique contemptum, occasione captata congelati Istri per ejus solidam superficiem velut per continentem progressi, non expeditione sed migratione integra, tota gens in nostros fines incubuit, gravi calamitate regionum atque urbium ejus limitis. His auditis imperator Isaacius operæ pretium putavit occupare Triaditzam, quo facto ubi Orientales Barbaros, audiendi causa ipsis nocendique ablata facultate, quiescere vel invitos compulit, facili opera factus securus ab ea parte, cum universo exercitu in Mysos movet, eos a Romanis finibus repulsurus. Hi et Imperatorem et exercitum primo conspectu veriti, dissidere sententiis ab invicem, quibusdam inclinantibus ad pacem. Quibus parum fidendum Augustus ratus, phalangem instructam castris ipsorum, qua parte munitissima erant, admovent ipse præsens et infestus. Quo inopinato accessu, oblato repente sui copiarumque tam propinquo conspectu, utraque specie vehementer Barbaros percutit. Nam et ipsum in armis ducem fulgura quædam terrificæ vibrantem contra intueri nequaquam audebant: et structura phalangis consertusque contextus clypeorum indissolubili nexu coherentium horrible spectaculum consternatis erat. Recesserunt igitur paulatim, sed ita ut intra illum ipsum diem tabernaculis ibi omnibus relictis, in fugam se dederint, reversuri tamen, ut aiebant, nam in tertium ab eo diem condicebant prælium. At Isaacius castris eorum occupatis disiectisque tabernaculis, 90 prædaque omni quæ reperta est illis, convasata secumque ablata victor revertitur. Verum cum eo itinere ad radices montis Lobitzæ pervenisset, ibi eum vehementissimus imber opprimit, et nix intempestiva; erat enim is viscesimus quartus Septembris dies, qua memoria magnæ martyris Theolæ celebratur. Immensum ergo intumescens fluvius, et longe supra ripas exstantibus, planities momento universa, in qua et augustale imperatoris et cætera exercitus totius tentoria erant, in faciem subitæ pelagi versa est. Annona cuncta cum sarcinis hausta abreptaque fluctibus. Homines et jumenta frigoris vi congelabantur. Mugiebat cælum horrendis tonitribus; et non jam

Marmora Arundel., et ibi Seldenus pag. 72, et alii sine numero. Sacrificabant autem ut plurimum Jovi Φ.ξίω, ut auctor est Apollodorus, lib. i. vel Jovi Salutari; vetus inscript. JOVI SALUTARI ULPIANUS GRAVI INFIRMITATE LIBERATUS Vide Trebellium Pollionem in Gallienis. Guillelm. Brito in Vocabul. Pacifica dicitur oblatio, quæ fiebat pro pace ad Deum, vel ad homines, vel quod ad bonum pacis fiebat: sicut sacrificia, pro salute data, vel servanda offerebantur.

fulgurabat quæ res intervallum habet conniventis subinde cœlestis flammæ; sed continenti late incendio sævi fulgoris omnia, quoquo versus ferrentur oculi, corripuerat. His aliquandiu summo animi angore conflictatus malis imperator respirare paulisper visus est, senescente aliquantulum impetu procellæ: quo laxamento cupide usus cum lecto numero suorum, qui vorticibus undarum plerosque haurientium se explicuerant, sub magnam et patulam succedit sagum. Sed brevi excitatus ingenti voce ex mediis ipsis perlata frondibus ramosæ arboris, animadversa que violentissima rabie ventorum sagum undique succutientium, trepide se proripit e ruinoso tecto in cœlum liberum; ac cum tanto spatio recessisset quantum arbor si rueret oblectura videretur, ibi attonitus metu stabat cum ecce velut id ipsum expectasset, radicibus avulsa imis cum fragore ac motu late ingenti afflicta terræ quercus apparuit. Sensit statim Augustus nec dissimulavit beneficium servati divinitus capitis sui: ac mox rumore vulgato defectionis in Oriente cujusdam, festinantius domum rediens nihil habuit antiquius quam ut magnæ martyri Theclæ templum elegantissimum conderet, magnificeque haud parvo sumptu instrueret atque insigniret, ornamentis et genere variis, et tum materia tum arte manique pretiosis. Ibi et tum vota Comnenus pro salute sibi mirabiliter servata Deum venerans Christiano ritu persolvit; et omni deinceps tempore sacris illic hymnis religiosam dare operam consuevit. Eam tali occasione constructam Deoque sacratam ædem, ut dicere ceperam, Imperatrix, mater Alexii Augusti, delegerat in qua publica religionis officia quotidie obiret: quam femina et mihi brevi quodam tempore videre ac mirari contigit: licet quæ hic posui non magis oculato testimonio scribentis, quam publica omnium conscientia et libera confessione non invidentium **¶** fidem plenam habitura confidam. Quod si ut dixi, laudationem non historiam scribere instituissem, otiosius profecto immorarer in cæteris ejus matronæ recte pieque factis edisserendis, verum ad intermissam narrationem publicarum rerum nos jamdudum revocantem, aliquando redeundum est.

Alexius imperator palpitantem extremis singulibus rem Romanam cernens, Turcis in Oriente cuncta vastantibus, occiduis provinciis imminente Roberto, nullumque non funem movente ut Pseudo-Michaelē in imperium eveheret, vel potius prætextu hominis scæni vafre utente ad olim conceptam et hactenus pressam imperii sibi ipsi parandi cupiditatem explendam; qua ex fumo ac cinere in flammam late minacem exardescente, magnum jam et vehemens Romanos ab occasu fines amburere incendium ceperat, tot simul copiis terrestribus ex tota continente collectis, et ex universa littorali regione marium illorum tanto apparatu congregato triremium, biremium, remulco trahendarum, et per se euntium onerariarum navium: hæc, inquam, videns et secum reputans in imperii primordiis generosus juvenis, æstuabat animo, nos satis expediens quo se verteret; cum eum illinc ad pugnam Turci vocarent, hinc Northmanni raperent. Ægre in primis eum habebat miser ac deploratus status Romanæ militiæ, ad trecenta demum capita Chomatendorum redactæ, eorundemque nec robore nec experientia valen-

A Ἀσπαίρουσαν δὲ οἶον κατανοῶν τὴν βασιλείαν, ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος (καὶ γὰρ τὰ μὲν πρὸς ἀνίσχοντο ἥλιον οἱ Τοῦρκοι δεινῶς ἐληίζοντο, τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἐσπέραν λίαν εἶχε κακῶς τοῦ Ῥομπέρτου πάντα κάλων κινουῦντος ἐφ' ᾧ τὸν προσεληλυθότα αὐτῷ ψευδώνυμον Μιχαὴλ εἰς τὰ βασίλεια εἰσάξει· ὅπερ ἐμοὶ σκῆψις μᾶλλον δοκεῖ καὶ φιλαρχίας ἔρωσ, ἀναφλέγων αὐτὸν καὶ ἡρεμεῖν τὸ παράπαν μὴ συγχωρῶν· ἐνθεν τοι καὶ πάτροκλον πρόφασιν τὸν μοναχὸν Μιχαὴλ εὐρηκῶς, τὸν τέως ὑποτυφόμενον τῆς φιλαρχίας σπινθῆρα, εἰς πυρσὸν ἀνήψε μέγαν, καὶ δεινῶς κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ὠπλίζετο, δρομῶνας (21) τε καὶ διήρεις ἐτοιμάζων, καὶ τριήρεις, καὶ σέρμωνας (22), καὶ φορταγωγούς ἐτέρας παμπλήθει ναῦς ἐκ τῶν παραλίων εὐτρεπίζων χωρῶν, καὶ τῆς ἡπείρου δὲ δυνάμεις πολλὰς συλλέγων ἐς τὸ προκείμενον αὐτῷ συνεπαρηγούσας), ἐν ἀμνηχανίᾳ ὁ γενναῖος ἐκεῖνος μεῖραξ γενόμενος, καὶ μὴ ἔχων ὀπιστέρωσιν νεύσειεν, ἑκατέρᾳ¹⁷ [ἐκάστου] τῶν πολεμίων πρὸς ἑαυτὸν τὴν μάχην οἶον προαρπάζοντος, ἠνιάτο καὶ ἡσχαλλε, μήτε στρατιᾶν ἀξιόμαχον τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας ἐχούσης (οὐ πλείους γὰρ τῶν τριαχεσίων στρατιωτῶν ἦσαν,

Varie lectiones ex cod. Coislino.

¹⁷ ἑκάτερα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(21) Δρομῶνας. Dromones dicuntur naves bellicæ majores, a velocitate appellationem sortitæ, inquit Procopius, lib. 1 *Vandal.* Papias ex Isidoro: *Dromones sunt longæ et velocissimæ naves.* Robert. de Monte, an. 1191: *Invenit navem pagnorum maximam, quam Dromontam vocant.* Philippus *Mouskes*:

*Esneques, et dromons fieres,
Roges, et busses, et visseres.*

Hinc *dromonarii*, remiges dromonum, apud Senatorem, lib. 11 *Nar.* Sed de dromonibus passim agunt scriptores Græci et Latini, Theophyl. Simoc. lib. vii,

cap. 10, lib. viii, cap. 9; Leo in *Tact.* cap. 19, § 4, etc.; Albertus Aq. lib. ix, cap. 23, lib. x, cap. 14; Willel. Tyr. lib. xx, cap. 14; Jacobus de Vitriaco 273 lib. 1, cap. 29; Matth. Paris. an. 1191; Walsingh. an. 1292; Malaterra, lib. ii, cap. 8, etc.

C (22) Σέρμωνας. Navis species nondum nota: nec enim ausim affirmare hoc loco *sermones* vocari navigia, quæ *germundi* dicuntur Malaterræ, lib. ii, cap. 8: *Nostri denique tantummodo germundos et galeas, Sicilienses vero catts et golufros, et dromundos, sed et diversæ fabricæ naves habebant.*

καὶ τούτων ἐκ τοῦ Χώματος ἀναλκίδων πάντη, καὶ ἀπειροπολέμων, καὶ ξενικῶν τινων εὐαριθμῆτων βαρβάρων (23) τῶν ἐπὶ τοῦ δεξιῦ ἐκθότων κραδαίνειν ὤμου τὸ ξίφος) μήτε σωρῶν χρημάτων τοῖς περὶ τὰ βασίλεια ταμείοις ἐναποκειμένων, δι' ὧν συμμαχίας²³ τινὰς ἐξ ἄλλοδαπῶν μετακαλέτοιο. Αἶαν γὰρ ἀτέχνως περὶ τε τὰ πολεμικά καὶ στρατιωτικά διατεθέντες οἱ πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότες, ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ τῶν Ῥωμαίων συνήλασαν πάντα τὰ πράγματα. Ἐγὼ γοῦν καὶ στρατιωτῶν αὐτῶν καὶ πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἐνίων ἀκήκοα, ὡς οὐδεμία τῶν πόλεων ἀπ' αἰῶνος ἐς τοσοῦτον ἀθλιότητος κατήχθη. Εἶχεν οὖν τῷ αὐτοκράτορι δυσκόλως τὰ πράγματα, μεριζομένῳ φροντίσι παντοδαπαῖς. Ὁ δὲ, γενναῖος ὢν καὶ ἀτρεπτος, καὶ περὶ τὰ πολεμικά ἔργα ἐμπειρίαν πολλὴν κεκτημένος, ἐβούλετο ἐκ πολλοῦ κλύδωνος εἰς ἀλύπου ἀκτὰς τὴν βασιλείαν αὐθις ἐγκαθορμῆται, τῶν ἐκπνισταμένων ἐχθρῶν εἰς ἀφρόν, Θεοῦ ἀρωγῇ, διαλυομένων κυμάτων δίκην, ὀπηνίκα ταῖς πέτραις προσαράξουσι. Δέον οὖν ἔγνω πάντας τοὺς κατὰ τὴν Ἀνατολὴν τοπάρχας ταχὺ μετακαλέσασθαι, ὅποσοι φρούριά τε καὶ πόλεις κατέχοντες γεννίως τοῖς Τούρκοις ἀντικαθίσταντο. Εὐθὺς οὖν πρὸς ἅπαντας, διαφόρους σχεδίαζει γραφὰς πρὸς τε τὸν Δαδατηνὸν τοποτηρητὴν (24) τῆς κατὰ πόντον Ἡρακλείας, καὶ Παφλαγονίας χρηματίζοντα, καὶ τὸν Βούρτζην (25) τοπάρχην, ὄντα Καππαδοκίας καὶ Χώματος (26), καὶ τοὺς λοιποὺς λογάδας, δηλώσας μὲν καὶ ὅποσα αὐτῷ ξυμπεσόντα

limum. Auxiliares vero copiae ex paucis omnino constabant Barbaris ejus generis quod ancipites utrimque ac manubriatos instar securium gladios dextro humero gestare suspensos solet. Nec vero suppetebant ex aëratio exhausto pecuniæ quibus delectus haberi, et evocari ex sociis gentibus armati possent. Adeo enim dissolute ac sine ulla providentia qui prius imperium tenuerant abhinc retro annis aliquot res agi ferrique qua jusserant qua siverant, ut fortuna Romani nominis plane tum illorum vitio ad incitas redacta videretur. Equidem ipsa memini a senioribus atque adeo a fortibus et militaribus viris qui temere non pavent, audire me cum dicerent, tantam tunc miseriam hujus fuisse sub hoc capessentis imperium Alexii primum tempus, personante omnium aures atque animos belli simul Turcici, simul Northmannici tumultus expectatione ac fama, quantum nullius unquam urbis in omni retro existisse memoria fando esset auditum. Ea imperatoris quidem mentem in varias dividebant curas, sed generosum tamen bellicæque usu rei ac scientia fretum non frangebant animum, quominus adhuc speraret, sese navem reipublicæ Deo bene juvante incolumem ab ista tempestate in securam stationem appulsurum; hostibus qui nunc undique insurgent, in spumam, ut fluctus solent cum in scopulos impingunt, evanescentibus. Ab hac spe ac proposito manum rebus admoventis primum omnium

Variae lectiones ex cod. Coislini.

²³ Συμμαχίας.

Car. Dufresnii Du Cängii notæ.

(23) *Βαρβάρων*. Varangorum.
 (24) *Τοποτηρητήν*. Glossis Græco-Latinis, τοποτηρητής est vicarius, qui nempe vices alterius in urbis, castri, vel provincie præfectura obit. Chronicon anonymi Barensis, an. 1041: *Arduino Lambardo intravit in Melfi, erat topoteriti de ipso Catepano*. Id est, Arduinus Mediolanensis, cujus non semel occurrit mentio apud Scyllizem et Zonaram, vicarius erat capitanei Calabriae in præfectura totius provincie, vel saltem Melfensi. Apud Paulum Warnefridum, lib. vi *Hist. Langob.* cap. 5 et 8, quidam Ado ducatum Foro-Juliensem sub nomine loci servatoris dicitur aliquandiu gubernasse, cum dux ipse non esset: sub nomine scilicet vicarii ipsius ducis. In antiqua charta anni 47 imperii Constantini, et 10 Romani ejus filii, 2 indict. data Neapoli, anno nempe Chr. 958, *Gregorius loci servator* subscribit. Vide *Leges Langob.* lib. 1, tit. 26, § 78. Observo præterea ex Porphyrogeneta lib. *De adm. imper.* cap. 50; et lib. 1 *De themat.* cap. 16, στρατηγίδας, seu thematum, vel provinciarum præfecturas, divisas fuisse εἰς τούρμας; turmas vero εἰς βάνδα, ἤτοι τοποτηρησίας: quæ quidem τοποτηρησίαi præfecturæ erant urbium, oppidorum, et castrorum, quarum certus numerus turmam conficiebat: καὶ ἐγένοντο ταῦτα τὰ ἐπὶ τὰ βάνδα τούρμα μία. Qui turme præerat, τουργάρχης, ejus præfectura τουργαρχάτον dicebatur, ut auctor est idem Porphyrogeneta, qui præterea lib. 1 *De themat.* c. 2, scribit: Τουργάρχης, εἰς ὀπουργίαν τῶν στρατηγῶν institutos. Certe turmarchas eisdem esse cum his quos κατεπάνω, seu capitaneos, appellarunt, probabile est. Vide notata ad pag. 94. At in conciliis, τοποτηρηταὶ dicuntur

C *ἐπίσκοποι provincie cujuspiam, seu ἐπαρχίας, legati, a cæteris episcopis ad synodum missi, vel ad primates, qua notione passim accipi Τοποτηρητὰς τῶν ἐπαρχιῶν τῆς Ἀφρικῆς, constat in Codice Canon. Eccles. Afric. Concilium Chalcedonense act. 4: Τῶν ὀσιωτάτων τοποτηρητῶν τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἀγιοτάτου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέωντος. Qui quidem vicarii interdum dicuntur in eodem concilio φύλακες ἀποστολικοῦ θρόνου.*

(25) *Βούρτζην*: Vide Notata ad pag. 471.

(26) *Χώματος*. Vel ex hoc loco abunde patet, quam procul a vero aberrat vir doctissimus in Notis poster. ad Codin, *De off.* cap. 6, n. 46, ubi milites ἐκ τοῦ χώματος apud Annam, *indigenas* interpretatur, a voce χώρα, quæ Græcis terra est, seu agger, uti definitur in l. 10 D. de extraord. criminib. ita ut hac appellatione distinguantur ab alienigenis, extraneis, et conductitiis, cujusmodi sunt illi, quos ἐγχωρίους vocat Synesius, epist. 78. Χώρα enim thema esse, et provinciam ita dictam, indicat Anna hoc loco, et lib. II, pag. 324. Ἐκείθεν διὰ τοῦ χώματος διελθὼν, τὴν Λάμπην κατέλαβε. Nec a Laodicea Phrygie procul abfuisse satis innuit, cum ait, Joannem Ducam Sardibus, Philadelphia, et Laodicea obiter occupatis, Chomate transito, Lampem interceptisse. Nicetas pariter in Man. lib. VI, cap. 1, inter Laodicæam et Choma, Chonas, Lampem, et Celenas, ubi sunt Mæandri fontes, statuit. Et sane necesse fuerit Chomati vicinam fuisse Cappadociam, siquidem Burzes utrique provincie impernabat, uti Anna commemorat. Neque aliud fuit Choma, quam illa Asiæ pars, quam Lyciam nuncuparunt veteres, Pamphyliæ et Tauro proxima, in qua oppidum

faciendum sibi putavit ut eos qui per Orientalem A limitem urbibus aut arcibus præfecti sortem reipublicæ operam sustinendo Turcorum impetu navabant, ad se omnes accerseret. Statim ergo ad Dabatenum Heracleam Ponticam et Paphlagoniam obtinentem, ad Burtzen Cappadociæ et Chomati cum imperio ac præsidio præpositum, ad alios per ea loca insignes scribit, significans sese ex præsentis insidiarum periculo in solium imperii-divinæ Providentiæ beneficio emeruisse; ad hæc jubens eos idoneo locis quibus præerant præsidio relicto cum cætera militia festinare ad se in urbem cum delectu novorum militum quam numerosissimo possent. Sub hæc rerum Occiduarum cura sumpta, rationes inibat obsistendi Roberto, et impediendi quoad posset, ne duces ac comites, ut facere ceperant, ad eum confluere pergerent. Quo in genere sollicitum habebat Alexium Monomachatus de quo jam diximus qui ipsi nondum imperii compoti de pecuniis interpellatus verba sola remiserat, excusans fidem Botaniatæ obstrictam; de quo proinde justus erat metus ne audita abdicatione Botaniatæ, Roberto accederet. Ad hunc igitur præoccupandum congenerum suum Georgium Palæologum Dyrrachium destinat, cum mandatis, ut omnem adhiberet machinam quo sine vi ac armis inde Monomachatum ejiceret: nam ad rem aperto Marte tentandam vires haud aderant. Addebat, ut Dyrrachium adversus apparatus Roberti præmuniret, muris machinisque vel instaurandis, vel de novo molendis: admonens ut propugnaculorum pinnis ligna nullis clavibus devincta relinqueret, quo ea in insidentes scalis admotis Latinos everti a propugnatoribus facile possent. Scripsit etiam præfectis maritimarum civitatum, ipsisque insularibus, pluribus verbis adhortans ne caderent animis, neve indormirent rebus, verum in Robertum **93** oculo intento satagerent ne is secordia ipsorum maritimas urbes ejus limitis et insulas adeptus, summæ deinde rerum atque imperio negotium faceretur.

His in faciem contra Robertum paratis, alia quoque in ipsum molitus a tergo est. Concitare videlicet in eum studuit ducem Longobardiæ Germanum, papam Romanum, archiepiscopum

θεοῦ προνοίας εἰς τὴν αὐτοκράτορος περιωπὴν ἀνετίθεισεν, ἐξ ὑπογυίου κινδύνου παραδόξως σωθέντα, παρακλεινόμενος δὲ τῶν σφετέρων χωρῶν πρόνοιαν ἱκανὴν ποιησαμένους κατασφαλίσασθαι αὐτὰς καὶ ἀποχρῶντας πρὸς τοῦτο στρατιώτας καταλιπεῖν· μετὰ δὲ τῶν ἐπιλοίπων εἰς τὴν Κωνσταντίνου παραγίνεσθαι, συνεπαγομένους καὶ νεολέκτους ἀκμηῆτας ὁπόσους δύναιτο. Εἶτα δεῖν ἔγνω καὶ τὰ κατὰ τὸν Ῥομπέρτον (ὡς ἐνὸν) προκατασφαλίσασθαι καὶ τοὺς προσρρομένους ἐκείνῳ ἀρχηγούς τε καὶ κόμητας ἀπειρῆσαι τοῦ ἐγχειρήματος. Ἐπειδὴ ὁ πρὸ τοῦ τὴν πόλιν αὐτὴν κατασχεῖν πρὸς τὸν Μονομαχάτον ἀποσταλεῖς, δι' οὗ εἰς βοήθειαν αὐτὸν μετακαλεῖτο, χρήματά τε ἐπεζήτηει ἀποσταλῆναι οἱ, γραμματα μόνον κομίζων ἤκεν αὐτῷ προφάσεις δηλοῦντα, καθάπερ φθάσαντες ἱστορήσαμεν, δι' ἧς δῆθεν ἔτι τοῦ Βοτανειάτου τῆς βασιλείας ἐγκρατοῦς ὄντος βοηθεῖν οὐκ ἠδύνατο. Ταῦτα ἀναγνοὺς, καὶ πτοηθεὶς, μὴ μαθὼν τὴν ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Βοτανειάτου ἐκπτώσιν, προσροῆ τῷ Ῥομπέρτῳ, εὐθύμως εἶχε παντάπασιν. Τοιγαροῦν μετακαλεσάμενος τὸν σύγγαμβρον (27) αὐτοῦ Γεώργιον τὸν Παλαιολόγον πρὸς τὸ Δυρράχιον ἐξαπέστειλε (πόλις δὲ τοῦτο Ἰλλυρικὴ) παρακαλεσάμενος πάση μηχανῇ χρητασθαι, ὥστε ἀμαχητὶ ἐκείθεν ἐξεῶσαι τὸν Μονομαχάτον, ἐπεὶ μὴ ἀποχρῶσαν εἶχε δύναμιν, δι' ἧς τοῦτον ἄκοντα ἐκείθεν ἀπελάσει πρὸς δὲ τὰς τοῦ Ῥομπέρτου μηχανὰς ἀντιπαλαμᾶσθαι [ἀντιμηχανᾶσθαι] ὡς δύναμις. Παρεκελεύσατο καὶ τὰς ἐπάλξεις καινοπρεπέστερα ²⁹ κατασκευάσαι, ἀνήλωτα τὰ πλείω τῶν ξύλων ἐάσοντα ³⁰, ἵν', εἰ που διὰ κλιμάκων συμβαίη τοὺς Λατίνους ἀνελεῖν, ἅμα τῶν ξύλων ἐπιθέσθαι περιτρέπωνται ταῦτα καὶ σὺν τούτοις καταπίπτωσιν εἰς τοῦδαφος. Ναὶ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῶν παραλίων πόλεων καὶ αὐτοῖς δὴ τοῖς νησιώταις πολλὰ διὰ γραφῶν παρηγγυᾶτο μὴ ἀναπεπτωκέναι, μηδὲ καταρραθυμεῖν ὄλωσιν, ἀλλ' ἐγρηγορέναι καὶ νῆρην διὰ παντός περιφυλαττομένους ³¹, καὶ τὸν Ῥομπέρτον παραδοκοῦντας, μὴ ἐξ ἐφόδου τῶν παραλίων πόλεων ἐγκρατῆς γενόμενος καὶ αὐτῶν δὴ τῶν νήσων, πράγματα ἐσύστειρον τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων παρέξῃ.

Ταῦτα μὲν οὕτω παρὰ τοῦ βασιλέως περὶ τὸ Ἰλλυρικὸν φρονέμετο, καὶ κλιῶς τὰ τέως κατὰ πρόσωπον καὶ ἐν ποσὶ κείμενα τῷ Ῥομπέρτῳ κατοχυρώσας ὤπτο· ἀλλ' οὐδὲ τῶν κατὰ γῶτων ἐκείνῳ προσιστα-

Variæ lectiones ex cod. Colislin.

²⁹ καινοπρεπέστερον. ³⁰ ἐάσαντα. ³¹ περιφραττομένου;

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Choma statuitur a Ptolemæo, cujus etiam mentio **274** fit in concilio Ephesino parte II, act. 1, cui Eudoxius Χόματος τῆς Λοκίας episcopus interfuit. Sunt igitur milites ἐκ τοῦ Χόματος, qui a Burtze Chomatæ principe, Alexio tanquam fœderato, vel fortassis domino, suppeditabantur.

(27) Σύγγαμβρον. Glossar. Græco-Lat. Σύγγαμβρος, congener. Congeneri dicuntur, qui ex eadem familia, seu duas sorores, uxores sibi asciscunt, ita ut respectu soceri ambo generi dicantur. Hesychius, ἀέλιος (ἀλλας ἀέλιος), οἱ ἀδελφά;

γυναῖκας ἐσχηκότες, ἦγουν σύγγαμβροι. Apud auctorem incertum, qui editus est post Theophanem, Michael patrius Melissenus σύγγαμβρος; narratur fuisse Constantini Copronymi imper. κατὰ τρίτην αὐτοῦ γυναῖκα, ob tertiam ejus conjugem, Eudociam scilicet, cujus sororem uxorem duxerat Melissenus. Hic vero Alexius et Palæologus invicem σύγγαμβροι, congeneri fuisse adnotantur, quia ut uterque Andromei Ducæ filiam duxerat, Alexius Irenem, Palæologus Annam Ducænam. V. Armenopolium, lib. IV, tit. 6, § 14.

μένων κατεβράθυμῶς ἦν. Γράμματα τοίνυν πρὸς τὸν μὲν πρὸς τὸν ἀρχηγὸν Λογγιβαρδίας Ἑρμᾶνον (28) ἐκθέμενος, εἶτα καὶ πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης, πρὸς δὲ καὶ πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Καπύης Ἐρβιον (29), πρὸς τοὺς πρίγκιπας; Ἐτι γὰρ μὴν καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἀρχηγούς τῶν Κελτικῶν χωρῶν, δώροις τε μετρίοις τούτους δεξιωσάμενος καὶ ὑποσχέσεσι πολλῶν δωρεῶν καὶ ἀξιομάτων, πρὸς τὴν κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἐχθρὰν ἠρέθειζεν· ὧν οἱ μὲν τῆς πρὸς τὸν Ῥομπέρτον φιλίας ἤδη ἀπέστησαν, οἱ δὲ ὑπισχνούντο, εἰ πλεῖονα λάβοιεν. Ὑπὲρ πάντας δὲ τούτους τὸν ῥῆγα Ἀλλαμανίας γινώσκων δυνάμενον, πᾶν ὃ τι καὶ βούλοιο κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου καταπράξασθαι, ἅπαξ καὶ δις γράμματα πρὸς αὐτὸν ἐκπέμφας καὶ διὰ μελιχίων λόγων καὶ παντοίων ὑποσχέσεων ὑποποιησάμενος, ἐπεὶ καταπειθῆ τοῦτον ἐγνώκει καὶ τῷ αὐτοῦ ὑπειξαι θελήματι ὑπισχνούμενον²⁸, μεθ' ἑτέρων αὖθις γραμμάτων τὸν Χοιροσφάκτην (30) ἐξέπεμψε τὰδ' ὑπαγορευόντων· *Τὰ κατὰ τὴν σὴν μεγαλοδύναμον ἐξουσίαν καλῶς ἔχειν, καὶ προκόπτειν ἐπὶ τὸ βέλτιον, εὐχῆς ἔργον ἐστὶ τῆ βασιλείᾳ μου, πανευγενέστατε, καὶ τῷ ὄντι Χριστιανικώτατε ἀδελφέ (31). Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἐξέσται τῆ τοῦ κράτους ἡμῶν θεοσεβείᾳ, ἐπεύχεσθαι σοὶ τὰ κρείττω τε καὶ λυσιτελέστερα τὴν ἐν σοὶ καταμαθούσῃ θεοσεβείᾳ; Ἡ γὰρ πρὸς τὴν ἡμετέραν βασιλείαν ἀδελφική σου²⁹ αὐτῆ ῥοπή καὶ διάθεσις καὶ ὁ μετὰ τοῦ κακομηχάνου ἀνδρὸς συμφωνηθεὶς ἀναδεχθῆναι σοὶ κάματος, ἵνα τὸν παλαμναῖον καὶ ἀλιτήριον καὶ τοῦ θεοῦ πολέμιον καὶ τῶν Χριστιανῶν ἀξίως μετέλθῃς τῆς κακοφροσύνης αὐτοῦ, πολλὴν σοὶ τὴν ἀγαθοθέλειαν τῆς ψυχῆς διαδείκνυσι, καὶ τὸ ἔργον τοῦτο φανερὰν τὴν πληροφορίαν παρίστησι τοῦ κατὰ θεὸν σοῦ φρονήματος. Τὰ δὲ κατὰ τὴν ἡμε-*

A Capuae Herbium, missis ad omnes in eam rem literis. Quin etiam principes et duces Gallicarum regionum universos, et donis in praesens satis magnis, et promissione multo ampliorum in posterum, speque dignitatum concitare in Robertum eundem studuit; nec frustra. Nam et illorum quidam his pellecti Roberto amicitiam renuntiarent, et alii polliciti sunt se si plura darentur idem facturos. Intelligens vero plus omnibus contra Robertum posse regem unum Alemanniae, diligentiam in eo demerendo captandoque peculiarem exprumpsit. Tentatum enim semel et iterum blandissimis litteris, promissisque maximis, ut non abhorrentem sensit, totum jam effundens animum hanc ad eum tertiam per Chærosphactem misit epistolam: *Prospero se habere res et regnum late potentis dominationis tuæ, proficereque in dies atque augeri optandum votis ac gratulandum sibi quoque ducit imperialis majestas nostra, longe nobilissime ac vere Christianissime frater. Quid enim sane religioni nostræ magis convenit, tuam in Dei cultu pietatem perspicitissimam habenti, quam meliora tibi semper et florentiora vovere, petereque a communi Domino. Cum et propensio amicæ voluntatis quam in nos ostendis, et conatus quem pro te fers, ac decretum conditumque habes ad scelestum illum et fanaticum Dei et Christianorum hostem prout dignus est tractandum, magnam perfectionem ac sanctitatem tuæ mentis ostendat; certumque rebus ipsi documentum sit fidei erga Deum tuæ studiique sinceri. Porro quod imperii hujus nostri res attinet eæ magna ex parte florent ac præclare constant, una serme tantum ex parte titubantes, qua Robertus turbat. Sed si quid Deo ejusque justis judiciis fidendum est, velox interitus hominem injustissimum excipiet: neque enim*

Variae lectiones ex cod. Coislin.

²⁸ Desunt voces ἐπεὶ καταπειθῆ τοῦτον ἐγνώκει καὶ τῷ αὐτοῦ ὑπειξαι θελήματι ὑπισχνούμενον.

²⁹ Desunt vocula σου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(28) Ἑρμᾶνον. Hermannum comitem, Abagelardi fratrem uterinum, qui ea tempestate cum Roberto bellum gerebat, a quo demum ditionibus et bonis suis exutus, cum fratre Constantinopolim ad imperatorem Alexium concessit, a quo Canninorum in Dalmatia præfecturam postmodum obtinuit. Hermannum itaque, Roberto alias infensum, Alexius in eum acrius concitare studet, ut majus Roberto negotium faceretur. Guillelmus Apul. lib. vi:

Dux postquam Cannas sibi comperit esse rebelles, Obsidet, obsessas evertit humo tenus illas, Rexerat has genitus genitrice Hermanus eadem, Onfredi fuerat qua filius Abagelardus: Non tamen unus eis pater existit, illa duobus Est sociata viris, miles præclarus in armis Frater uterque fuit: sed cessit uterque potenti Roberto, cui par vix orbe potentia toto.

Hermannii præterea meminit Malaterra, lib. iii. cap. 5 et 6.

(29) Ἀρχιεπίσκοπον Καπύης Ἐρβιον. Heruenum Capuae archiepiscopum, cujus meminit Gregorius VII. P. P. lib. ix, epist. 25; et Leo Ost. lib. iii Chron. Cass. cap. 41. Vide Ughellum.

(30) Χοιροσφάκτην. Occurrunt ex hac familia viri aliquot illustres in Historia Byzantina, Leo scilicet patricius chærosphactes sub Leone Phil. et Constantino ejus filio circa an. Chr. 915, alter ejusdem nominis et dignitatis, præterea dux excubitorum, sub Romano Argyro, apud Scylitzem pag. 610, 726; Zonaram, pag. 142, 148; idem forte cujus necem præfert Anonymus Barensis ad an. 1040: *Ipsi conterati interfecerunt chirosfacti Criti Et Michael Chærosfactes, cujus meminit auctor Gestorum S. Niconis, sub an. 969.*

(31) Χριστιανικώτατε ἀδελφέ. Frequenter olim, ut et hodie, mutuo sese reges fratres appellabant. Eguinartus in Carolo M. Invidiam tamen suscepti nominis. Constantinopolitanis imperatoribus s. per hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicique eorum contumaciam magnanimitate, qua ei procul dubio longe præstantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, et in epistolis eos fratres appellando. Vide Alcuin. epist. 41, 83 et iii; Marculf. lib. 1, cap. 9; Gregor. Turon. lib. ii Hist. cap. 55; Chronic. Alexandrin. pag. 918; Menandr. in Excerpt. de legat. Odon. de Diogilo, lib. 1, de profect. Lud. in Orient. pag. 45; Henricum Valesium ad Ammian. lib. xvii.

omnibus relinquet Dominus virgam peccatorum super A
sortem tuam prevalere diutius. Jam quod inter nos
contenerat ut ab imperiali majestate nostra ad poten-
tissimam dominationem tuam centum et quadraginta
tria millia nummorum et centum blattia mitterentur,
ea jam missa 94 sunt per Constantinum protopro-
hedrum et præpositum dignitatibus, juxta placitum
tibi fidissimæ et nobilissimæ comitis Bulchardi. Dicta
vero summa pecuniæ constat argento facto et roma-
nato antiquæ qualitatis. Cum autem tua nobilitas
juramentum perfecit, tibi reliqua et promissa du-
centa sedecim milia nummorum, et stipendia conces-
sarum viginti dignitatum, per fidelissimum majestati
tuæ Bagelardum, quando in Longobardiam perven-
neris. Quomodo vero perfici juramentum debeat si-
gnificatum haud dubie jam fuerit nobilitati tuæ : B

τέρας βασιλείαν τὰ μὲν ἄλλα ἔχει καλῶς, ἐν
ἐλαχίστοις δὲ ἀστυτεῖ καὶ ταράττεται τοῖς κατὰ
τὸν Ῥομπέρτον κυμαινόμενα. Ἄλλ' εἰ τι δεῖ πι-
στεύειν τῷ Θεῷ καὶ τοῖς ἐκείνου δικαίοις κρι-
μασι, ταχέϊα ἢ καταστροφή τοῦ ἀδικωτάτου ἀν-
θρώπου παρέσεται. Οὐδὲ γὰρ ἀνέξεται πάντως
Θεὸς ῥάβδον ἀμαρτωλῶν κατὰ τῆς κληρονο-
μίας αὐτοῦ ἐπὶ τοσοῦτον ἀφίσθαι²⁴. Τὰ μέντοι
παρὰ τοῦ κράτους ἡμῶν συμφωνηθέντα ἀποστα-
λῆναι τῇ μεγαλειότητι σου ἐξουσία αἱ ἑκατὸν
τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες τῶν νομισμά-
των, καὶ τὰ ἑκατὸν βλαττία (32) ἀπεστάλησαν
τῶν διὰ τοῦ πρωτοπροέδρου Κωνσταντίνου καὶ
κατεπάνω (33) τῶν ἀξιωματῶν κατὰ τὴν ἀρέ-
σκειαν τοῦ πιστοτάτου σου καὶ εὐγενεστάτου
κόμητος τοῦ Βουλχάρδου (34). Καὶ τὸ ῥηθὲν πο

Varie lectiones ex cod. Coislino,

²⁴ ἐπαφίσθαι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(32) Βλαττία. 275 Quid sit βλάττιον, et βλάττα,
docet Glossar. Latino-Græc. Blattia, θρόμβος αἵματος,
ολαττελα, θρόμβος αἵματος τῶν κογχυλίων. Con-
cinit Actuarius, qui βλάττιον ait esse ὃ δεῖ ἐκ (vel
τὸ βούν) τῆς βινδὸς τῆς πορφύρας, quod ex paribus
conchæ marinæ, quam Græci πορφύραν vocant;
fuit; sic enim legendum reor, pro ἴστου. Est
igitur blattia, item quod purpura. Ita in lib. 1 C.
Quæ res venund. non poss. purpuræ, quæ blatta,
vel oxyblatta atque hyantina dicitur. Ubi observo
triplicis coloris fuisse blattiam, purpuream nempe,
quæ mero blattæ vocabulo intelligitur; alteram in-
tensioris et vividioris coloris, quam ὀξυβλάτταν
vocabant. βλάττιον ὀξύ, Cedrenus in Tiberio, pag. C
393; tertiam denique violaceam, sive jantinam.
Fuit olim in pretio blatta Tyria, vel purpura.
Sidonius carm. 5 :

Pontus Castorea, blattam Tyrus, æra Corinthus.
Neapolitanam commendat Anastasius Bibliothec.
in Leone III, De blattin Neapolitano; sed præser-
tim Byzantinam, pag. 150, 151, 152, 153. Idem
Scriptor in Paschali: Obtulit in sacro altari ve-
stem de blattin Byzantea. Et mox: In dicta ecclesia
fecit vela Tyria (ex blatta nempe Tyria), eum pe-
riclusi de blattin Byzantea. Βλάττιον Βουζάντιον
laudat etiam Actuarius. Nil mirum igitur si impe-
rator Henricus ab Alexio ἑκατὸν βλάττιζ ad se
mitti petierat, quia Byzantina præsertim in pretio
erant. Jam vero vocem, βλάττιζ, hoc loco vestes
significare vult Gretzerus ad Codinum: Pannos
ipsos holosericos ostrino colore tinctos, glossator
Annæus; quod magis probem. Nam extrema et
senescente Græcia, βλάττιον pro serico usurpatum
constat. Vide Salmas. ad Hist. Aug. D

(33) Κατεπάνω. Dicitur Constantinus iste, pro-
pter dignitatem πρωτοπροέδρου, κατεπάνω τῶν
ἀξιωματῶν, hoc est magistratum supremum, seu
qui magistratibus, axiomaticis, et proedris, vel
consiliariis, præest. Nam Græcis ἀξιώματα sunt
dignitates. Hinc ἀξιωματικός, honorarius, qui ho-
norem gerit, in Gloss. Græcolat. Aliud Gloss. digni-
tosisus, ἀξιωματικός. Occurrit vox ista non semel in
Basilicis lib. vi, et apud Modestinum, lib. vi. Ex-
cusat. Guillelm. Biblioth. in Adriano II: Eum
pontificali pallio impositum, præcedentibus axio-
maticis, et subsequentibus reliquis turbis in urbem
redire conspexerant, Anastasius in Hist. Eccl.: Cum
aliis quinque, tribus quidem comitibus, duobus vero
axiomaticis. Hinc ἀξιωματικόν salarium quod axio-
maticis a principe pensabatur apud Photium in

Nomoc. tit. 8, cap. 7; et in Glossis Basilic. Porro
vox κατεπάνω, sequioribus Græcis, sive ab ἐπάνω,
ei κατά, seu a vocabulo Latino capitaneus, de-
flexa, quemvis præfectum ordinis, aut provincie
significat. Apud Scylitzem, pag. 727: Κατεπάνω
τῆς κάτω Μηδίας. Pag. 741: Κατεπάνω Ἰθρηρίας.
Pag. 843: Παῦλος πρόεδρος, ὁ τῆς Ἰθρηρίας κατε-
πάνω. Pag. 858: Κατεπάνω τῆς πόλεως. Apud
Constantinum, De admin. imp. cap. 50: Κατεπα-
άνω τῶν Μηδαίων Ἀτταλείας. Apud Theophy-
laetum Bulg. archiep. epist. 19, κατεπάνου vox
occurrit. Atque inde facile est haurire, unde ap-
pellationem sortiti sint catepani, seu catapani Italie
sub imperatoribus Byzantinis, ante Normannorum ad-
ventum, quorum crebra est apud scriptores mentio,
Falcandum, Falconem Beneventanum, anonymum
Barensem, scriptorem Vitæ S. Vitalis Siculi, et
alios. Sed et ab uno ex iis capitaneis, seu, ut eos
voc. i catapanis, provinciam capitaneam nuncupatam
scribit Leo Ost. lib. II, cap. 51. At falli constat, cum
catapani viri nomen fuisse existimat, cum fuerit
dignitatis. Neque error est in oppidorum appella-
tione, quidquid garrat corrupte capitaneata dici,
cum ex auctoris nomine, inquit, catapanata vocanda
sit. Nam qui Græcis catapanus, Latinis est capita-
neus. Proinde capitaneata appellata est præfectura
aliquot oppidorum uni capitaneo subdita, quam
κατεπανίχιον vocat Nicetas in Man. lib. II, et vetus
charta apud Rhamnusium, De 276 beilo Constau-
tinopolit. lib. IV, pag. 167. Hinc etiam castiganda
quæ habet Glaber Rodolphus, lib. III, cap. 1. Tunc
etiam imperator Basilus sancti imperii Cpolitani
præcepit cuidam satrapæ suo, illi qui cognomina-
batur Cataponti, eo scilicet quod juxta mare inha-
bitaret, ut a transmarinis civitatibus, quæ Romano
debentur imperio veniens tributa exigeret. Quo loco
non leviter fallitur Glaber in voce cataponti, et
ejus etymo, cum ille quem memorat, catepano, seu
catapanus vocaretur, ex dignitate, vel præfectura
provincie, hoc est, capitaneus. Neque feliciori
conjectura vocabuli originem assecutus videtur
Guillelmus Apul. lib. I :

Multa Græcorum cum gente Basilus ire
Jussus, in hunc audax anno movet arma sequenti.
Cui Catapan facto cognomen erat Bagianus (a).
Quod Catapan Græci, nos juxta dicimus omne.
Quisquis apud Danaos vice fungitur hujus honoris,
Dispositor populi parat omne quod expedit illi,
Et juxta quod cuique dari decet, omne ministrat.

(34) Βουλχάρδου. Fuit is Burchardus comes,

(a) Scylitzæ Βοιάνης et in Jure Græco-Rom., tom. I, p. 283.

σὸν τῶν ἀποσταλέτων ἀπεπληρώθη διὰ τὴν εὐ-
 γασμένον ἀργυρίου καὶ Ῥωμανάτου (35) παλαιᾶς
 ποιότητος. Καὶ τελειομένου τοῦ ὄρκου παρὰ τῆς
 εὐγενείας σου, σταλήσονται σοὶ καὶ αἱ ὑπόλοι-
 ποι διακόσμιαι ^α δεκαδὲ χιλιάδες τῶν νομισμά-
 των, καὶ ἡ ῥόγα τῶν δοθέντων εἴκοσι ἀξιοματίων
 διὰ τοῦ πιστοτάτου τῆ σῆ ἐξουσία Βαγελάρ-
 δου (36), ὀπηνίκα εἰς Λογγιβαρδίαν κατέλθης.
 Ὅπως μέντοι ὄφρα τελεσθῆται ὁ ὄρκος προ-
 εδηλώθη πάντως τῆ εὐγενείᾳ σου ἀπαγγεῖλαι δ'
 ἔτι σαφέστερον καὶ ὁ πρωτοπρόεδρος Κωνσταν-
 τίνος καὶ κατὰ πᾶν, ὡς καὶ παρὰ τοῦ κράτους
 ἡμῶν ἐνταλασίς ἐκαστὸν τῶν κεφαλαίων, ἄπερ
 μέλλουσι ζητηθῆναι, καὶ παρὰ τοῦ γενησομένου
 παρὰ σοῦ ὄρκου βεβαιωθῆναι. Ὅπηνίκα γὰρ ἡ
 συμφωνία ἀναμεταξὺ τῆς βασιλείας μου καὶ
 τῶν παρὰ τῆς εὐγενείας σου ἀποσταλέτων πρέ-
 σβων ἐγένετο, διεμνημονεύθησαν τινὰ τῶν ἀναγ-
 καιοτέρων κεφάλαια· ὅτι δὲ περὶ τούτων μὴ ἔχειν
 πρόσταξιν εἶπον οἱ τῆς εὐγενείας σου ἄνθρωποι,
 κατὰ τοῦτο καὶ ἡ βασιλεία μου τὸν ὄρκον ἀ-

A exponet tamen adhuc clarius proto; rohedrus et præ-
 positus Constantinus, ut qui ab imperiali majestate
 nostra mandata acceperit de singulis capitibus quæ
 debent quaeri, et jurejurando a te præstando firmari.
 Quando enim conventio inter majestatem meam et
 missos a nobilitate tua legatos facta est, commemo-
 rata sunt quædam capita magnæ necessitatis ac
 momenti; de quibus quoniam se non habere manda-
 tum dixerunt homines nobilitatis tuæ, propterea
 majestas mea juramentum ipsis distulit. Perficiatur
 ergo juramentum a nobilitate tua, ut fidelis tibi
 Albertes majestati meæ juratus affirmavit; et ut ma-
 jestas nostra petit, cum additione maxime necessaria.
 Porro cunctationis ac moræ fidelissimi et nobilissimi
 tui comitis Bulchardi causa fuit, quod majestas mea
 voluit charissimum nepotem meum filium felicissimi
 sebastocratoris dilectissimi germani majestati nostræ,
 videri ab ipso, ut redux nuntiaret tibi firmum pueri
 ac solers ingenium in tenero ætatis statu. Exteriora
 enim et corporæ minoris facere soleo, quanquam
 et istis adolescentulus abunde ornatus est, prout nar-

Variæ lectiones ex cod. Coislin

^α Deest vox διακόσμιαι, sed spatium vacuum relictum fuit, per quod postea quidam duxit lineam re-
 ctam, forte ut significaret nihil ibi deesse.

Car. Dufresnij Du Cangii notæ.

cognomento Rufus, postea episcopus Monaste-
 riensis, Henrici imp. legatus. Conradus Usperg.
 an. 1121: Dominus Henricus, qui Burchardo Ruso
 dudum in legatione Henrici imperatoris apud Con-
 stantinopolim defuncto, per electionem ecclesiasticam
 in cathedram monasteriensem successerat. Bur-
 chardi episcopi meminit præterea monachus Pe-
 gaviensis an. 1117, unde supplendus Catalogus
 episcoporum monasteriensium apud Merssæum.

(35) Ῥωμανάτου. Moneta aurea Romani, Dio-
 genis imperatoris effigie insignita, Bulla Anacleti
 papæ in Chronico Beneventani monasterii S. So-
 phiæ: Altosque fideles nostros benigne convenimus,
 quatenus quadringentos Romanatos, quos eis Poti-
 feria accommodaverat, nobis persolverent. Charta
 Andree comitis de Chelmo, an. 1241, apud Joan.
 Lucium in Hist. Dalmat. pag. 473: Solvat nomine
 pæne comiti præfato M. Romanatos. V. eundem
 p. 141. Exstat in instructissimo Gazophylacio V.
 C. Dom. du Mont, in senatu Ambianensi consilia-
 riorum decani, moneta aurea, in ejus antica duse
 habentur figuræ stantes: prior imperatoris habitu
 Constantinopolitano, dextram pectori apponentis,
 læva tenentis globum crucigerum; altera mulieris
 dextra capiti imperatoris stemma imponentis,
 cum hisce characteribus evanidis, DCCLOΠΟΜΟ
 ΡΩΜΑΝΩ. In postica, Christus in throno sedet.
 Characteres in hac parte exarati, visum effugiant.
 Sic autem alios in antica descriptos legendos et
 concipiendos censuerim, DECΠΟΤΗ ΜΘ ΡΩΜΑΝΩ,
 id est, 277 Δεσπότῃ Ῥωμανῶ; imperatorum
 enim nomina in nummis ejusæ ævi tertio casu
 poni solita arguunt nummi Alexii et Manuelis. Lit-
 teræ vero ΜΘ. idem sonant ac Μητηρ Θεοῦ, do-
 centque mulierem, quæ hic exhibetur, esse Deipa-
 ram, a qua stemma excipit Romanus Imperator,
 uti visitur in altero, quem Manuelli ascribit Octa-
 vius Strada a Rosberg, pag. 358. Et in æneo alio,
 quem videre contigit in eodem gazophylacio V. C.
 D. du Mont, qui fortassis etiam eidem Romano
 Diogeni ascribendus est, etiamsi characteres

a leo sunt attriti, ut vix quidquam ex iis percipi
 queat. Hunc describendum curavimus, ut exhib-
 ent idem Strada a Rosberg et Joannes Strada
 Mantuanus in factis Onuphrii. Sed vereor ne iste
 non tam fuerit nummus quam theca aliqua
 aut capsula, seu Ἐγχόλιον Romani Diogenis,
 divi Joannis Theologi, seu Evangelistæ, reliquias
 continens; quod deprehendi præsertim potest ex
 Christi figura habentis ad pectus caput D. Joan-
 nis, cui Græci Scriptores Ἐπιστηθίου epitheton
 vulgo attribuunt, et ex characteribus 10. qu. quibus
 Joannem Theologum designari arbitror. Præterea
 in aversa parte primi hi characteres ΘΗΚΟ per-
 spicue ostendunt legendum ΘΗΚΗ, id est Theca
 seu Ἐγχόλιον pro Romano Diogene. V. Notata infra
 ad hanc pag. d. Sed de hac conjectura statuat lec-
 tor, eamque expendat per me licet. Romani Dio-
 genis et Eudociæ effigies habentur apud Chille-
 tium, lib. De linteis sepulcr. cap. 10, pag. 91.

(36) Βαγελάρδου. Abagelardus, Humfredi filius,
 Taneredi de Altavilla Normanni nepos, a patre
 Wiscardo hæreditaria sorte privatus. Gisulfum
 Salernitanum principem primum adit, ejusque
 partes secutus est contra Robertum an. 1075, Gi-
 sulfum demum sedibus suis perinde expulso et de-
 turbato, cum viribus impar patre obsistere non
 posset, Constantinopolim cum Hermanno comite
 fratre secessit, ibique tandem exsul diem ultimum
 clausit, ut pluribus narrant Malaterra et Willel-
 mus Gemeticensis locis citatis, et Blondus, De
 instaur. Roma reg. xii. Guallelmus Apul. libro iii.

Sic quia pace ducis non fungitur Abagelardus,
 Et patrii juris loca deserit, et Danaorum
 Exsul adit terras, cum rector Alexius esset
 Imperii, clemens hunc suscipit ille benigne,
 Tractat honorifice, dat multa: sed invida nulli
 Parcere quæ curat, juveniles mors subit artus:
 Quique regressurum se credidit esse potentem,
 Diversi generis cum fascibus, atque triumphis,
 Exsul apud Danaos et mortuus est, et humatus.

Theophanes, an. 5 Justiniani. Vicum *Argentarium* dixit S. Augustinus, lib. VII *De civit. Dei*, cap. 4. Verum secus censet Cujacius, ad l. VII C. *De colleg. et chartopr.* lib. II; contendit enim locum hunc perperam *Chalcooprata* a scriptoribus vocari, cum *Chartoprata* dicere debuissent, in quo nempe erant officinæ, ubi chartæ distrahebantur. Nam fuit in urbe Constantinopolitana, ut ait Justinianus Nov. XLIII, πολλὴ ἡ τῶν χαρτῶν ἀφθονία. Sed sive *Chalcooprata* officinæ fuerint ærariæ, seu chartariæ, id pro certo haberi debet eas officinas non intellexisse Annam; siquidem de templis agit, a quibus τὰ μὴ χρησιμεύοντα ἱερὰ ἀbstulit Alexius, in quibus fuerunt valvæ argenteæ Chalcoopratorum ædis, *Deiparæ* sacræ, cui id nominis a loco, ubi inædificata erat, inditum. De ejus conditore variæ sunt scriptorum sententiæ. Cedrenus enim Theodosium Juniorem condidisse templum Chalcoopratorum, et *Deiparæ* sacræ commemorat, cum locus is antea esset Judæorum synagoga. Cedreno concinnat Glycas et Joelus. Theophanes vero, et ex eo Anastasius in *Hist. Eccles.*, et Paulus Diac. lib. XII *Hist. Misc.* Justinum ædis Chalcoopratiæ condi-

at non Metaxam, qui ei constanter obstitit, multasque contra rationes attulit plausibiles, loquendi libertate etiam usque ad sugillationem Isaacii protracta: verum pluribus cedentibus, frustra fuit, et in sententiam sebastocratoris conclusa res est. Ea magnarum adversus imperatores (nam Isaacium non dubitem imperatorem citra purpuram dicere), gravium ea, inquam in fratres Comnenos querelarum causa existit, non in præsens modo aut finitimum tempus, sed et in longe consequens invidia durante, cui accendendæ non segnent dedit operam Leo quidam Chalcedonensis tum antistes, non ille quidem valde doctus aut eloquens, cæterum virtutis cultor, homo duris austerisque moribus. Is cum e valvis templorum quæ ad forum æris vœnalis procul ab opportunitate populi sita minori concursu terebantur, auri argenti-que laminas atque emblemata revelli cerneret, in medium irruens voce liberrima intercessit; nec ulli excusationi necessitatis aut allegationi prisorum canonum concedere quidquam voluit. Quin etiam ex eo tempore contumeliose atque impotenter invehi consueverat in Augustum, præsentemque in os obijurare, quoties ille redibat in urbem regiam; dabatque animos homini, abutenti ea re quam venerari debuerat, patientia incredibilis et humanissima facilitas principis talia dissimulantis. Nunc vero cum occasione primæ Alexii expeditionis in Robertum Isaacius justissimis de causis ex Senatusconsulto, impetrato etiam consensu præsulum, pecunias servandæ rerum summæ necessarias e templis peteret, opposuit hic sese subimpudentius, eaque contumacia gravem sebastocratoris in se iram movit. Consequentibus deinde temporibus, cum Augustus aliquot a Gallis acceptas clades sexcentis

Α του αὐταῖς ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ, εἰς τὴ μέσον εἰσ-
δὺς ἐπαρρησιάζετο, μηδ' ὄλως ἡ οἰκονομίας, ἡ τῶν
περὶ τῶν ἱερῶν κειμηλίων νόμων ἐπαισθανόμενος.
Ἰδριτικώτερον δὲ καὶ οἶον εἰπεῖν ἀτακτότερον τῶ
τηνικαῦτα, κρατοῦντι προσεφέμετο, ὁσάκις εἰς τὴν
βασιλεύουσαν ἐπανῆει, τῆ ἀνεξικακίᾳ ἐκείνου, καὶ
τῆ φιλανθρωπίᾳ καταχρῶμενος. Καὶ ὁπνηίκα μὲν τὰ
πρῶτα κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ὁ αὐτοκράτωρ τῆς βασι-
λίδος πλοεως ἐξῆει, Ἰσαακίου τοῦ σεβαστοκράτορος
καὶ αὐταδέλφου αὐτοῦ χρήματα, μετὰ τῆς κοινῆς γνώ-
μης, ὅθεν δῆποτε συμποριζομένου, μετὰ τῶν νόμων
ἅμα καὶ τοῦ δικαίου, εἰς θυμὸν ἐκίνει τὸν ρηθέντα
ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως, ἀναισχυντότερον αὐτῷ προσ-
φερόμενος. Ὡς δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς, πολλάκις μὲν ἠτ-
τηθεὶς καὶ μυριάκις αὐθις κατατολήσας τῶν Κελ-
τῶν, Θεοῦ νεύσει νικηφόρος καὶ στεφανίτης ἐπαν-
εληλύθει, ἐπεὶ καὶ αὐθις ἄλλο νέφος ἐχθρῶν, τοὺς
Σκύθας φημί, κατ' αὐτοῦ ἐξορμῶν ἤδη μεμαθήκει,
καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ συλλογὴ τῶν χρημάτων, καὶ τοῦ
βασιλέως ἐν τῇ μεγαλοπόλει ἐνδημοῦντος ἐφ' ὁμοί-
αις αἰτίαις ἐσπουδάζετο, ὁ ἀρχιερεὺς ἐκεῖνος ἀναδί-
στερον προσέπεσε τῷ αὐτοκράτορι. Καὶ συζητήσεως
ἐντεῦθεν πολλῆς περὶ τῶν ἱερῶν γενομένης ⁶², λα-
τρευτικῶς ⁶³ οὐ σχετικῶς (15) δὲ προσκυνεῖσθαι τὰς
ἀγίας εἰκόνας παρ' ἡμῶν ἐδογματίζεν ἐν τισὶ μὲν
εὐλόγως καὶ κανονικῶς ⁶⁴ ἅμα ἐνιστάμενος, ἐν τισὶ
δὲ καὶ οὐκ ὀρθῶς δογματίζων οὐκ οἶδα εἴτε δι' ἔριν,
καὶ τὴν πρὸς τὴν βασιλέα ἀπέχθειαν τοῦτο πεπονθῶς,
εἴτε δι' ἀγνοίαν. Ἐξακριβοῦν γὰρ ἀσφαλῶς τὸν λό-
γον οὐκ εἶχεν ὃ τι λογικῆς μαθήσεως ἀμέτοχος
ὕπηρχε παντάπασιν. Ὡς δ' ἐπὶ πλέον πρὸς τοὺς
βασιλεῖς ἐθραεύοντο, χαιρεκάκις ἀνδράσι πειθόμε-
νος ὁποῖος πολλοὶ τότε ὑπῆρχον τοῦ πολιτεύματος,
εἰς τοῦτο παρανυττόμενος, καὶ πρὸς ὕβρεις καὶ βλα-
σφημίας ἀκαίρους ἐτρέπετο, καὶ ταῦτα παρακα-

Variae lectiones ex cod. Coislin.

⁶² γινομένης. ⁶³ λατρευτικῶς. ⁶⁴ ἀρχιερατικῶς.

Car. Dufresnii De Cangii notæ.

torem agnoscunt, traduntque eo perinde existisse loco, ubi antea fuerat Judæorum synagoga, haud procul a Magna ecclesia. A Theophane et cæteris dissentit *Chronicon Alexandrinum*, in quo Marciano et Pulcheriæ uxori attribuitur Theodorus Lector, Ecl. i, quem sequitur Nicephorus Call. lib. xiv, cap. 2 et 49, solam Pulcheriam conditricem agnoscit. Denique Justinianus Nov. iii, cap. 1, a Verina Leonis M. uxore ædificatam scribit. Sed hæc ita concilianda sunt, uti jam olim monuit, ut dicamus a Theodosio inchoatam, a Pulcheria confectam, a Verina postmodum et Justino de novo instauratam. De hoc templo agunt præterea idem Theodorus Lector, Ecl. ii; Gregorius II. PP. epist. 2, ad Leonem Isaurum, Cedrenus in Mauricio, Porphyrogen. *De adm. imp.* cap. 29, et Gyll. lib. ii, cap. 21.

(15) Λατρευτικῶς, οὐ σχετικῶς. Id est, cultu latriæ, qui soli Deo competit, non vero per accidens, et respectu prototypi, qui Theophani A. Leonis Isauri X. σχετικῆ τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησις dicitur: *affectivam imaginum adorationem* verit Anastas. in *Hist. Eccl.* Quo spectant illa ex Act. iv synodi Romanæ sub Stephano IV PP. apud Holstenium in *Collectione Romana*: *Non sicut deos imagines adoramus nos fideles, absit,*

sicut pagani; sed tantummodo affectum et charitatem animæ nostræ ad vultum sacri imaginis aptamus. Quæ verba sumpta sunt ex vii synodo, act. 1: Καὶ προσκυνῶ οὐχ ὡς θεοῦς, μὴ γένοιτο! ἀλλὰ τὴν σχέσιν καὶ πόθον τῆς ψυχῆς μου, ὃν εἶχον πρὸς αὐτοῦς τὸ πρῶτον καὶ ἀρτίως ἐνδεικνύμενος, παρακαλῶ πάντας αὐτοὺς ὁλοψύχως πρεσβεῦειν ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς Θεόν, etc. Act. ii, *De imaginibus*: Καὶ ταύτας σχετικῶ πόθῳ προσκυνοῦμεν. Constantin. Manasses in Theophilo κατὰ σχέσιν dixit:

Καὶ γὰρ ἀπεχθανόμενος ταῖς ἱερογραφαῖς,
Καὶ τοῖς ἀπεικονίσμασι Χριστοῦ, καὶ τῶν μαρ-
τύρων,]
Τοὺς ἀπονέμοντας αὐτοῖς τὸ κατὰ σχέσιν σέβας
Ἐν ὑποφόροις καὶ δειναῖς στρεβλώσεσιν ἐκάκου.

Joannes Damascenus, lib. iii *De cultu imag.* Προσκυνοῦμεν οὖν ταῖς εἰκότιν, οὐ τῆ ὑλῆ προσφέροντες τὴν προσκύνησιν, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τοῖς ἐν αὐταῖς εἰκονιζομένοις: ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος τιμὴ εἰς πρωτότυπὸν διαβαίνει. Eadem habet vii synodus, act. vii, p. 686 edit. 1618. Vide Theophan. *Ceram. Homil. de SS. Imagin. Vitam S. Theophanis* 294 *Confess.* editam ab Henschenio 12 Martii cap. 16; et *Turcogr. Crusii* pag. 51 et 498.

λοῦντος αὐτὸν τοῦ βασιλέως μεταβαλεῖν τὴν περὶ τῶν εἰκόνων γνώμην, ἔτι δὲ⁸⁸ καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀποσχέσθαι⁸⁹ ἀπεχθείας ὑπισχνουμένου ἅμα καὶ τὰ ἱερὰ ταῖς ἀγίαις Ἐκκλησίαις λαμπρότερα ἀποδοῦναι, καὶ πᾶν ὅ τι δεοί ποιεῖν πρὸς διόρθωσιν, καὶ ἤδη καὶ διορθωμένου⁹⁰ παρὰ τῶν ἐλλογιμωτέρων τότε τῆς συνόδου, οὗς οἱ τῷ τοῦ Χαλκηδόνος μέρει προσκείμενοι κόλακας ἐκάλουν, καθαιρέσει καταδικάζετο· ὡς δὲ μηδὲν ὑποπτήσων οὐδόλως ἠρέμει, ἀλλὰ καὶ αὐθις συνετάραττε τὴν Ἐκκλησίαν, οὐκ ἀγεννῆ φρατρίαν συνεπαγόμενος, ὡς ἀτακτος ἦν πάντῃ καὶ ἀδιόρθωτος, μετὰ πολλῶν ἐνἑαυτῶν παρελευσιν, πάντες ὁμοῦ τοῦ ἀνδρός καταψηφίσαντο, κἀντεῦθεν ὑπερορίαν καταδικάζεται. Καὶ δέχεται τοῦτον ἡ περὶ τὸν Πόντον Σωζόπολις (16), παντοίας προνοίας καὶ θεραπείας βασιλικῆς⁹¹ ἀξιούμενον, καὶ οὐδαμῶς χρῆσθαι ταύταις ἠδούλετο, ὕστερον, δὲ ἦν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἔτρεφε μῆνιν ὡς ἔοικεν.

obsistendi imperatori a quo dudum abhorrebat, an denique ignorantiae veri assignandam putem, in ultimam tamen hanc partem suspicione propendeo. **130** Quoniam enim is vir multam operam litteris non dederat, artisque ratiocinandi funditus rudis erat, facile fieri potuit ut quaedam minus ad theologiae canones exacta inter disputandum effutierit; verum in dies successibus ipsis adolescente ea quam impune lacessendis imperatoribus usurpare semel coeperat audacia, incitantibusque ad ipsam ultro currentem male feriatas plurimis, quibus ea quae tum erat reipublicae gubernatio non placebat, homo sui parum potens in contumelias maledictaque intempestiva et intolerabilia efferebatur, Augustum licentissime proseindens, placare hominem e contrario conantem, suadentemque amicissime ut et quae temere de sacris imaginibus dixerat mature revocaret, et deposita simultate, redire secum in gratiam vellet: se enim restituere paratum quae e sacris abstulerat aelibus, imo splendidiora repositurum, ad emendationem porro culpae istius qualiscunque nihil legitimi piaculi recusaturum: quo in genere praecipuis sacrorum, antistitum adeo jam satisfecerat, ut ii causam ejus diligenter luerentur, eoque ipso nomine ab iis qui Chaleedonensis partes fovebant assentatores audirent; verum ad ea ille obsurdescens omnia, irrevocabiler quo impetum coeperat rueliat. Quare ad necessarium remedium animadversionis canonicae ventum tandem est, homoque multis nominibus id meritis de sede quam occupabat est depositus. Non fregit indomitum animum ea res; turbat iterum et factiones ciet in Ecclesia, non exigua sibi adjuncta secumque abducta multitudine sectariorum. Quod dum per multos annos agit, turbulentique sui ingenii et inflexibilis pervicacia plenam fidem facit omnibus, denique omnium calculis damnatus exulare jussus est apud Sozopolim ad Pontum: ubi providerat imperator, ut officiosissime exciperetur, curareturque copiose: quanquam, ille contumacia se involvens sua, et in concepta semel adversus Augustum ira animum, ut apparebat obfirmans, oblata ejus uti liberalitate noluit.

Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ἴδὲ πη περιγεγράφθω. Ὁ δὲ γε C αὐτοκράτωρ τοὺς νεήλυδας (συνέρβρον γὰρ ἱκανοὶ περισωθέντα τοῦτον μεμαθηκότες) ἐπιμελῶς ἐξεπαίδευεν, ὅπως ἱππεύειν χρῆ καὶ τοξεύειν εὐστοχώτατα, ὀπλιτεύειν τε καὶ ἐνεδρεύειν ἐπικαιρότατα. Ἐπεπόμφει δὲ αὐθις πρὸς τὸν ῥῆγα Ἀλαμανίας πρέσβεις ὧν προεξήρχον⁹² ὁ Μεθύμνης (17) κα-

A de illis reportatis victoriis ultus esset, Deo juvante, coronatusque inde ac triumphans in urbem regiam esset invectus: exortaque nova Scytharum in imperium irruentium gravissima procella, in non dispari periculo ad simile praesidium simili omnium consensu, praesente insuper et rem urgente imperatore, confugeretur, idem hic homo solita sua pervicacia magnopere apud imperatorem offendit. Porro hac occasione cum de sacris aedibus signisque et imaginibus multa ut sit disputarentur, hic antistes in eam sententiam disseruit, ut contenderet, sacras imagines absoluto a nobis et in ipsis haerente cultu affici, non autem duntaxat relativo. Itaque ut ille quidem nonnulla plausibiliter canoniceque et pro dignitate sacerdotii diceret B ageretque, tamen in aliis prolabebatur parum orthodoxe sentire deprehensus: cujus erroris causam haud scio an aestui contentionis, excurrentis plerumque longius quam par est, an studio

Sed de his hactenus. Ad imperatorem enim redeundum est, qui recens appulsos milites (multi siquidem ad eum, ut salvum esse constitit, confluxere) sedulo exercebat ad omnes partes functionis militaris: docens, equum scite regere, collimare arcu quam certissime, vadere exsertis armis in adversos, rursusque tempestive subsidere in insi-

Variae lectiones ex cod. Coislin.

⁸⁸ γάρ. ⁸⁹ ἀπέχεσθαι. ⁹⁰ διορθουμένου. ⁹¹ Deest vox βασιλικῆς. ⁹² προεξήρχεν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(16) Σωζόπολις. Sozopolim ad Pontum Euxinum pariter statuit Cantacuzenus, lib. 1, cap. 3: Τὴν Σωζόπολιν κατὰ τὸν Εὐξείνιον Πόντον, πολυάνθρωπον οὖσαν καὶ μεγάλην πόλιν. Sozopoleos mentio sit praeterea apud Annam pag. 562. Tzetzem, chil. 12, hist. 396, et Samuelem Guichenonum, in *Allobrogum principum Historia*, ad an. 1366. Aliam ejus-

dem appellationis urbem in Pamphylia statuunt Nicetas in Joan. n. 4; Scylitzes et Tageno Pataviensis; in alterutra natus Joannes patriarcha Constantinopolitanus, de quo Gregoras, lib. vi.

(17) Ὁ Μεθύμνης. Methymna Ptolemæo et aliis, est Lesbi insulae oppidum. Vide infra, p. 206. Est etiam Aeliano, lib. xiv Περὶ ζώων, cap. 20, urbs

diis. Miserat vero denuo legatos ad regem Alaman-
niæ, sub quodam Methymne dicto, quem legationis
esse principem jusserat. His et litteras et mandata
dederat quibus magnopere instigare Henricum
conabatur ad rumpendas omnes moras invadendæ
Longobardiæ, juxta pacta conventa inter ipsos an-
tea transacta. Iret ergo quamprimum moveretque
infesta signa in Roberti ditionem, quo, ejus viribus
ad necessariam rerum suarum defensionem a Roma-
no imperio tantisper aversis, respirare interim a
clade Alexius posset, et conductis iterum auxilia-
ribus copiis comparare se ad Robertum toto Illyrico
pellendum. In eo si rex Alamanis operam commo-
dare ipsi facillimam vellet, maximam ab se initurum
gravam, quam omnibus officiis et beneficiis
rependere ac remunerari **131** paratissimus esset
imperator Alexius, in primis vero connectenda
quamprimum affinitate quam Henrici legati regem
ipsorum cupere significaverant, cujusque ipsis spes
facta fuerat. His ita dispositis Augustus Pacurianum
magnum domesticum ibi relinquens, ipse in urbem
regiam revertitur, auxiliares illuc undecunque
copias commodius convocaturus, et alia quædam
pro tempore ac rerum præsentium statu dispositu-
rus. Manichæi Xantas et Culeo, cum iis quos
ductabant, numerum æquantibus quingentorum
supra duo millia, temere atque injussu domum
revertuntur: sæpiusque ab imperatore revocati,
promittebant quidem, sed nullo morarum sine
differebant reditum. Quare in id sedulo incumbibat
imperator donis et honoribus per litteras pollicen-
dis, ut eos reduceret: in quo tamen frustra fuit,
illis ne sic quidem reverti curantibus. Dum hæc
ita imperator adversus Robertum comparat, venit
ad eundem Robertum trepidus nuntius, regem Ala-
maniæ in procinctu esse ad invadendam Longobardiam. Ea ille re in curam versus postquam in
contrarias sententias alternavit animum aliquandiu, acri attentione disquirens, quid in tali articulo
rerum factu esset optimum, tandem reputans se Rogerio filio ditionem Italicam attribuisse, jam tum
cum in istam expeditionem versus Illyricum solveret, Baimundo vero alteri filio nullam adhuc assignasse

Variae lectiones ex cod. Coislin.

⁷⁰ μετὰ τῶν συγχειμένων συνθηκῶν. ⁷¹ Ἀλαμάνων. ⁷² ὀπισχνούνται. ⁷³ Ἀλαμάνου. ⁷⁴ κατέλειπε.
⁷⁵ Βαϊμούνδου. ⁷⁶ ἀπενήματο. ⁷⁷ Deest vocula τούς. ⁷⁸ ὀπλιτικοῦ. ⁷⁹ Βαϊμούνδου. ⁸⁰ νεανίσκου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Cretæ insulæ. Ab alterutra dictus, quisquis fuit, D
legatus iste, quem Methymnæ episcopum fuisse
conjicio. Est enim Methymna urbs episcopatu in-
signis apud Allatum, *De Eccl. Occid. et Orient.*
consens. lib. II, cap. 12. In concilio Nicæno i sub-
scripsit Andreas ἐπίσκοπος τῆς Μεθυμναίων πόλεως
τῆς Λεσβίων νήσου, ut est in schedis Sambuci
apud Seldenum ad Eutychiei *Origines*, pag. 127. De
hac porro Alexii ad Henricum legatione Bertholdus
agens: *His temporibus Constantinopolitanus impe-
rator maximam pecuniam Henrico quondam regi
transmisit, ut Robertum Guiscardum ducem Calab-
riæ et Apuliæ, conjuratum militem Domini Papæ,
in ultionem ejus (em) regis bello appeteret.* Conradus
abbas Usparg. an. 1083: *Eodem tempore legati
Græcorum venerunt munera multa et magna in auro
et argento, vasisque ac sericis afferentes.*

(18) *Κῆδος ἐκπληρῶσαι.* Vide supra, pag. 94.
(19) *Τὴν τοῦ ῥηγῶς Ἀλαμανίας.* De hac Hen-
rici IV in Italiani expeditione consulendi Berthold.
Argentin., Uspargensis, Leo Ost., Hugo Flavini.,
Marjauus Scotus, Otho Frising., Sigebertus, et
alii.

(20) *Βαϊμούντου.* Guillelmus Apuliensis:

*Robertus geminis exacto navibus anno,
Adriacis undis loca rursus ad Appula transit,
Is primogenito populum commiserat omnem,
Cui nomen Boemundus erat, pariterque Brieno.*

(21) *Καὶ φησιν.* Comparanda hæc Roberti
oratio cum ea quæ exstat apud Oudericum, l. VII,
p. 642. Consulendus etiam Gaufr. Malaterra,
lib. III, cap. 33.

regionem cui præesset summo jure, comitibus et lectis ex toto exercitu vitis in consilium vocatis, accersitoque Baimundo, ipse ad orandum altiori loco considens, sic locutus est :

Οἴδατε, κόμητες, ὅτι τὸν φίλτατόν μου υἱὸν Ἀ
Ρογέρην, καὶ πρωτότοκον τῶν υἱῶν, κύριον τῆς
ἐμῆς ἐν τῷ πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν μέλλειν διαπε-
ρῆν κατέστησα χώρας. Οὐ γὰρ ἐγρήν ἐκείθεν
ὑποχωροῦντα, καὶ τοιοῦτον ἀναδεχόμενον ἔργον,
τὴν ἰδίαν χώραν ἄτερ ἡγεμόνος καταλιπεῖν εἰς
προνομήν ἐτοιμὸν παντὶ τῷ βουλομένῳ, ἐκκεῖ-
σθαι. Ἐπεὶ δὲ ὁ ῥήξ Ἀλαμανίας⁸¹ πολιορκή-
σων ταύτην ἤδη καταλαμβάνει, χρὴ καὶ ἡμᾶς⁸²
ὡς ἐνδὸν ταύτης ἀντιποιήσασθαι. Οὐδὲ γὰρ δεῖ
ἐτέρων ἐπιλαμβανόμενους, τῶν ἰδίων κατερρα-
θυμηκέναι. Λοιπὸν ἐγὼ μὲν ἄπειμι ἐξ' ὧ τῆς
οικείας χώρας ἀντιποιήσασθαι τὴν πρὸς τὸν
Ἀλαμανίας ἀναδυσάμενος μάχην. Τούτων⁸³ δὲ
μοι τῷ υἱῷ τῷ νεωτέρῳ ἐπαρτήμι τὸ τε Δυρρά-
χιον, καὶ τὸν Δυλῶνα, καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις,^B
καὶ νήσους ὄσας φθάσας αὐτὸς τῷ ἡμῶν δόρατι
κατέσχοι. Περσηγνηῶμαι⁸⁴ δὲ ὑμῖν καὶ ἀξιῶ
ὡς ἐμὲ τοῦτον λογιζέσθαι καὶ ὅλη χειρὶ [ψυχῇ]
καὶ γνώμῃ ὑπὲρ αὐτοῦ μάχεσθαι. Καὶ σοὶ δὲ τῷ
φιλιώτῳ μοι ἐπισκῆπτῳ υἱῷ (ἀποστρέψας τὸν λό-
γον πρὸς τὸν Βαϊμούντον⁸⁵) διὰ τιμῆς πάσης τοῦς
κόμητας ἄγειν, καὶ συμβούλοις ἐν⁸⁶ ἄπασιν χρή-
σασθαι, καὶ μὴ οἷον ἐναυθετεῖν (22), ἀλλὰ πάν-
των αὐτοῖς κοινωνεῖν. Σὺ δὲ ἀλλ' ὄρα μὴ κατα-
μελήσεις⁸⁷ τὸν κατὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων
ἀναπράξασθαι πόλεμον, ἀλλ' ἐν ὅσῳ μεγάλην
ἤσταν ἠττήθη, καὶ μικροῦ μαχαίρας ἔργον ἐγ-
γόνει, καὶ τὸ πολὺ τῶν αὐτοῦ στρατευμάτων τῷ
πολέμῳ ἀνήλωτο. Καὶ γὰρ, φησὶ, καὶ ἐγγύς ἦλθε^C
τοῦ ζωγηθῆναι, καὶ ἐκ μέσων τῶν χειρῶν ἡμῶν
τραυματίας ἔχκετο. Μὴ ἀνήσεις ὁλῶς, μὴ πως
ἀνέσεως τυχῶν, συλλέξῃ⁸⁸ τὸ τε πνεῦμα καὶ
γενναϊότερον ἢ τὸ πρότερον ἀντικατασταίῃσαι.
Οὐ γὰρ τῶν τυχόντων ὁ ἀνήρ, ἀλλ' ἐκ νηπίου
ἐν⁸⁹ πολέμοις καὶ μάχαις ἐντραφεῖς, πᾶσαν τε
τὴν ἔω καὶ τὴν ἐσπέραν ἐληλυθῶς, ὁπόσους
ἀποστάτας τοῖς πρώην αυτοκράτορσι δορυθη-
ράτους ἐποίησε, καὶ αὐτὸς πάντως ἐκ πολλῶν
ἀκούεις. Εἰ γοῦν ὁλῶς ἀναπέσης καὶ μὴ κατ'
αὐτοῦ χωρήσης πάση γνώμῃ, ὅποσα μὲν αὐτὸς
ἔργα, πολλὰ καμῶν ἤνυσα φροῦδα ποιήσεις,
αὐτὸς δὲ τοῦς καρποὺς τῆς ἰδίας βραθυμίας
πάντως ὀρέσῃ. Κατῷ μὲν ἤδη ἄπειμι ἀγνωσό-
μενος, τὸν ῥῆγα τῆς ἡμεδαπῆς⁹⁰ ἀπελάσαι χῶ-^D
ρας καὶ οὕτω τὸν φίλτατόν μοι Ῥογέρην ἐπὶ τῆς
δοθείσης αὐτῷ ἐξουσίας ἐδράσαι.

existat ultor acceptæ cladis, majoresque ac vehementiores ipso dolore ac sensu ignominie in nos spiri-
tus colligat. Non est is, mihi crede, de vulgo aliquis, et quem impune possis contemnere. Homo a puero
in bellis præliisque nutritus, qui Orientem Occidentemque victoriis peragraverit. Audivisti omnino quam

Varie lectiones ex cod. Coislin.

⁸¹ Ἀδάμ. ⁸² ὁμᾶ. ⁸³ τουτωί. ⁸⁴ παρεγγνωμαι. ⁸⁵ Βαϊμούντον. ⁸⁶ Deest vocula ἐν. ⁸⁷ καταμελή-
ση. ⁸⁸ συλλέξαι. ⁸⁹ Deest vocula ἐν. ⁹⁰ ἡμεδαπῆς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(22) Ἐναυθετεῖν. Hesychius, Ἀύθενταίν, ἐξου-
σιάζειν. Phrynichus, Ἀύθεντης, ἐπὶ τοῦ δεσπότου,
οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες. Vide quæ de hujus

Scitis, comites, charissimum filium meum primo-
genitum Rogerium a me cum in Illyricum trajicerem
constitutum fuisse dominum ditionis Italicæ meæ.
Non enim oportebat me illinc ad tantæ aleæ ac
periculi negotium solventem, solum proprium ac
quasi natale meum, sine custode ac principe cujusvis
expositum cupiditatē relinquere, velut paratam
prædam omni tollere ausuro. Quoniam vero rex
Alamaniæ, ut certis indicibus comperimus, in eam
spem se accingit, et magno exercitū invadere nostras
domos ac terram parat, utique faciendum nobis
est ut ejus conatibus obviam eatur. Quæ enim ratio
sinit, ut qui alienis acquirendis insistimus, proprio-
rum jacturam ignava desidia seramus? Ego igitur
hanc spississimam operæ partem ultro depono mihi
et sumo: bellum, inquam, cum rege Alamaniæ
ego ipse gesturus toleraturusque propero; huic vero
juniori meo filio Dyrrachium et Aulonem urbesque
ac insulas catexas quæ belli hujus nondum licet
patrati, quasi anticipata præmia in pignora relinquo-
rum jam habemus, relinquo, addico, commendoque.
Quod ut prospere feliciterque cedat oro obtestorque
vos, ut eum non alio habeatis loco quam me ipsum:
ita ut sicut pro me fecistis, sic pro ejus causa utque
capite toto animo totoque pectore pugnandum vobis
arbitremini. Tibi vero, fili charissime, pro jure atque
affectu patrio impero **132** commendoque (hæc
dicens vultum et orationem ad Balmundum vertit)
ut omni honoris atque observantiæ genere quo par
est, comites prosequaris, consiliisque ipsorum tan-
tum tribuas, ut nihil plane rerum prius gerere aggre-
diaris quam eorum sententiam exquisieris; quam
quidem tanti apud te momenti esse volo, ut nunquam
ei privatam tuam quantumvis ea tibi scita callidu-
que videatur, præferendam putes. Præcipue autem
præ cæteris omnibus etiam atque etiam mando tibi
Romanum bellum. Et vide ne nulla unquam hujus
tibi curæ remissio subrepat. In Romanum, inquam,
bellum, fili, jam a nobis affectum, tu patrandum
incumbe. Res tibi reliqua est cum imperatore magno
prælio victo, ab ingenti clade vix incolumi elapso.
Qui hoc ipsum in lucro posuit, quod cæcis deletisque
plerisque omnibus suis copiis, ipse unus tantum non
occisus, tantum non captus, e manibus nostris eva-
serit. Tu ne vim, ne impetum remittas; insta;
incumbe in concussum semel; illud meluens, ne is
colligendi sui spatium per te nactus, formidolosior

vocis notatione habent præterea Meursius et Fa-
brotus, in Gloss. et Allatius, lib. 1 De Eccl. Occid.
et Orient. perpet. consens. cap. 21, n. 4.

multos quamque potentes tyrannos prioribus imperatoribus ipse armis manumque victos ac victos adduxerit. In hoc tali tu hoste si attentionem laxas, si aliter in eum quam totis viribus summaque contentione ferris, brevi quæ ego molimine ac labore promovi magno, in nihilum tua culpa tuoque damno recident omnia. Tuo, inquam, damno; nam tibi si, quod Deus avertat! secus quam mando faceres, acerbi fructus tuæ desidiæ otiose gustandi longo tempore obtruderentur. In his verbis et mandatis vult tibi dico, fili, vobisque, comites, alia hinc ad pericula aliaque bella sine mora pergens, decertaturus cum rege Alamanicæ, ipsumque e nostris finibus pulsurus, ut charissimo meo filio Rogerio possessionem olim a me datam idem vindicem atque asseram propriam.

Hæc locutus monerem conscendit, et in oppositam oram Longobardicam trajecit; momentoque Salernum delatus (quæ civitas dudum a plerisque qui ei terrarum tractui imperitare affectaverant in ducalis curiæ ac comitatus sedem totiusque principatus quasi metropolim delecta fuerat), ibi per otium delectibus habendis, convocandisque magno undique studio ac sumptu copiis, tum ex civibus atque indigenis, tum ex aliis etiam remotis gentibus, quamplurimis quamque firmissimis, vacavit. Interim rex Alamanicæ, juxta ea quæ Augusto promiserat, se ad invadendam Longobardiam accingebat. Qua re comperta, Robertus festinavit Romam, ut ibi conjunctis cum papa copiis certiori spe successus ad arcendum suis finibus Henricum pergeret. Consensit in id papa facile. Ergo ambo communi impetu adversus Alamanum vadunt: qui magnis ostentatis minis haudquaquam consentanea subjungens, quippe refrigeratus Orientalibus nuntis de Imperatoris prælio adverso, quo amissis maximam partem copiis, ipse vulceratus multis locis, mira generositate invicti animi, conatibusque **133** heroicis, Deo superisque omnibus juvantibus vix salvus evasisset, tutiora respicere consilia decrevit, nec necesse aut con-

Α Οὕτω μὲν οὖν ξυνταξάμενος αὐτῷ, εἰσεληλυθὼς εἰς μονῆρας, τὴν περαιῖαν τῆς Λογγιβαρδίας κατέλαθε· καὶ ἐξίως εἰς τὸ Σαλερτηνὸν (23). ἐκεῖθεν παραγίνεται (ὅπερ πάλοι ποτὲ εἰς κατοικίαν τῶν τῆς δουκικῆς ἀξίας ἀντιποιοιμένων ἀφώριστο). Καίθι γοῦν ἐγκαρτερήσας ἰκανὰς συνειλόχει δυνάμεις, καὶ μισθοφορικὸν ἐξ ἀλλοθιπῶν ὄτι πλείστον. Ὁ δὲ ῥῆξ Ἀλαμανίας κατὰ τὰς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ὑποσχίσεις καταλαμβάνειν ἤδη τὴν Λογγιβαρδίαν ἠπειγέτο. Τοῦτο μεμαθηκὼς ὁ Ῥομπέρτος ἐκπευθε τὴν Ῥώμην καταλαθεῖν, ἐνωθησόμενος τε τῷ πάπῃ καὶ τὸν Ἀλαμανίας ἀπειρῶν τοῦ προχείμενου σκοποῦ. Ἐπειδὴ ὁ οὐδ' ὁ πάπας πρὸς τοῦτο ἀνένυσεν, ἀμφω κατὰ τοῦ Ἀλαμανίας ἑξώρησαν· ὁ μὲντοι ῥῆξ πολιορκεῖν τὴν Λογγιβαρδίαν ἠπειγόμενος, ἐπεὶ τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα ἐμαθηκῆκε, καὶ ὅτι μεγάλην ἤτταν ἤττηθείς, τῶν μὲν τοῦ στρατεύματος ξιφῶν παρανάλωμα γεγονότων, τῶν δὲ ἐκασταχοῦ διασπαρέντων, αὐτὸς εἰς πύλας καταστάς κινδύνους ἐν τῷ γενναίως μάχεσθαι, καιρίως ἐν διαφόροις τοῦ σώματος πληγῆς μέρεσι, τόλμῃ καὶ γενναϊότητι γνώμης, παραδόξως ἐβρύσθη, στρέψας τὰς ἡνίας ⁹¹ (24), πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην ἐχώρει, τοῦτο νίκην λογισάμενος τὸ μὴ κινδύνους ἑαυτὸν ὑποβαλεῖν ἐπὶ μηδενὶ δέοντι.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

⁹¹ ἐπεὶ δέ. ⁹² Ἀλαμάνου. ⁹³ ἡνίας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(23) *Εἰς τὸ Σαλερτηνόν.* Robertus, relicto Illyrico, in Italiam Gregorio papæ opem laturus trajecit anno Christi 1082; in Malaterra, lib. iii, cap. 33, 37, Leo Ost. l. b. iii, cap. 52; et Suger. in Ludov. VI, cap. 9. Totam expeditionis istius Historiam sic exsequitur Guillelmus Apuliensis, lib. iv:

*Cannis destructis Romam molitur adire
Contra Gregorii Romani præsulis hostem
Henricum, cujus jamdudum obsederat urbem
Plurima barbaries annis remorata duobus,
Altera tormentis murorum mœnia fregit,
Et turres multas invictæ diruit urbis.
Jamque sibi fuerat pars subdita Transtyberina,
Gregorius quidam fuerat conclusus in arce,
Quæ munita satis, non expugnabilis ulli,
Es e videbatur, miri structura laboris.*

295 *Hunc et munitat fidæ-custodia gentis.
Robertum tantos ubi novit inisse paratus,
Et sibi cum tantis inferre conatibus arma,
Rex fugit Henricus, ducis hunc audacia terret,
Et virtus totam jam notificata per urbem,
Expectare verens hunc, ad loca iuta recessit.
Robertus Romam properans vi perforat urbis
Egregiæ muros; tamen auxi iantibus ipsi
Paucis Gregorii sanctoribus; inde quibusdam
Aedibus exustis, violenter ab obsidione*

*Liberat obsessum jam tanto tempore papam:
Hunc secum magno deducit honore Salernum.
Post ducis abscessum, papam concesserat illis
Ipse Ravennatem Guibertum, qui scelerata
Mente pari insurgens, regnum præsumpsit adire
Sedis apostolicæ, Clemens a plebe vocatus.
Agmina Romuleæ dux urbe reducta Salerni
Dimisit, nunquam par huic exercitus hæsit.
C Millia sex equitum, triginta millia Romam
Duxerat hic peditum: sic uno tempore victi
Sunt terræ Domini duo, rex Alemannicus iste,
Imperii rector Romani maximus ille:
Alter ad arma ruens armis superatur, et alter
Nominis auditi sola formidine cecidit.*

(24) *Στρέψας τὰς ἡνίας.* Willelmus Gemeticensis, lib. vii, cap. 43: *Hic Robertus duos imperatores in uno vicit prælio, Alexium Græcorum in Græcia, Henricum Romanorum in Italia. Satis enim victus est Henricus, qui audita jam ducis Roberti, nec viribus Saxonum, nec Alamannorum, nec etiam mœnibus urbis quæ caput est orbis, confusus, velutulus, concitus aufugit.* Willelmus Malmesb. lib. iii *De gest. Angl.* Nec sustinuit nuntium advenientis (Roberti) Henricus, quin cum (also papa, sola summa territus terga daret. Vide Hugonem Flaviniacens. in Chronie. pag. 229.

Οὗτο; μὲν εὖν εἶχετο τῆς πρὸς τὰ οἴκοι φε-
ρούσης. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος, φθάσας εἰς τὴν τοῦ
ρήγος παρεμβολήν, αὐτὸς μὲν προσωτέρω διώκειν
οὐκ ἠθέλειν, ἀπόμοιραν δὲ ἰκανὴν τῶν αὐτοῦ ταγμα-
των διελθὼν, διώκειν τὸν Ἀλαμανίας⁹⁴ προὔτρε-
ψατο⁹⁵. Αὐτὸς δὲ τὴν λείαν πᾶσαν ἀναλαβόμενος
μετὰ τοῦ πάπα, πρὸς Ῥώμην ἀπένευσεν, καὶ τοῦτον
ἐπὶ τοῦ ἰδίου θρόνου καθίσας⁹⁶, εὐφημίας αὖθις
παρ' ἐκεῖνον⁹⁷ τυγχάνει, καίπειτα πρὸς τὸ Σαλερνη-
νὸν ἐπανέρχεται, τῆς ἐκ τῶν πολλῶν⁹⁸ μόθων⁹⁹
κακοπαθείας ἐαυτὸν ἀνακτησόμενος.

proprio firmasset, vlcissimi ab eo iterum rex appellatus, Salernum se recepit, ibi ex fatigatione
tot bellorum modica sese quiete refecturus.

Μετ' οὐ πολὺ δὲ καταλαμβάνει τοῦτον ὁ Βαϊμούν-
τος¹, τὴν ἀγγελίαν τῆς ἐπισυμβάσης αὐτῷ ἡγε-
της (25) ἐπὶ τοῦ προσώπου φέρων. Ὅπως δὲ ξυν-
έπεσε τὰ εἰς τὴν τύχης αὐτῷ ὁ λόγος ἤδη δηλώσει. Καὶ
γὰρ τῶν ἐκεῖνου μεμνημένος παραγγελμάτων, καὶ
ἄλλως δὲ ἀρητιφίλος ὢν ἀνὴρ καὶ φιλοκινδυνότατος,
ἀτρίξ κατὰ τοῦ βασιλέως μάχης εἶχετο. Καὶ τὰς
ἰδίας δυνάμεις ἀναλαβόμενος, συνεφεπομένους ἔχων
καὶ ὁπόσοι ἐλλογιμώτεροι, καὶ λογάδας Ῥωμαίων
στρατιῶται καὶ ἡγεμόνες τῶν παρὰ τοῦ Ῥομπέρτου
κατασχεθεισῶν χωρῶν καὶ πόλεων (ἀπεγνωχότες
γὰρ καθάπαξ τοῦ αὐτακράτορος, ὅλοι τῆς τοῦ Βαϊ-
μούντου² γεγόνασι³ γνώμης), καταλαμβάνει διὰ
τῆς Βαγενητίας τὰ Ἰωάννινα, καὶ τάφρον κατὰ τοὺς
ἔξωθεν διαχειμένους⁴ ἀμπελῶνας ποιήσας πρότε-
ρον, ἀμα δὲ καὶ τὸ ὀπλιτικὸν⁵ ἅπαν ἐν ἐπιχαίροις
τόποις καταθέμενος, αὐτὸς ἐντὸς τὰς σκηνὰς ἐπ-
έβητο⁶. Τὰ δὲ τείχη περιθρήσας, καὶ τὴν τοῦ κά-
στρου ἀκρόπολιν ἐπισφαλῆ διαγνοὺς, οὐ μόνον αὐ-
τὴν ἀνορθοῦν ὡς ἐνδὸν ἠπεύγετο, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν
ἐν ἄλλῳ μέρει τῶν τειχῶν, οὐ μᾶλλον αὐτῷ συνοῖσον
δέδοκτο, ἐρυμοτάτην⁷ ἀνωκοδόμησι, ληϊζόμενος ἄμα
καὶ τὰς περικειμένας πόλεις καὶ χώρας. Ταῦτα
μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ, εὐθὺς μηδὲν μελλήσας
ὄλως, τὰς δυνάμεις ἀπάσας συναγαγὼν τῆς Κων-
σταντινίου πόλεως ἐπέυσας ἔξεισι μῆνα⁸ Μάϊον (26).
Τοιγαροῦν τὰ Ἰωάννινα καταλαβὼν, ἐπεὶ ὁ τοῦ πρ-
λέμου καὶ τῆς μάχης καιρὸς ἤδη παρῆν τὰ⁹ οἰκεία
στρατεύματα, μηδὲ τὸ πολλοστὸν τοῦ Βαϊμούντου¹⁰
δυνάμεων ὄντα κατανοῶν, καὶ ἄλλως δὲ ἀπὸ τῆς
τοῦ Ῥομπέρτου προηγησαμένης μάχης, γινώσκων
τὴν πρώτην κατὰ τῶν ἐναντίων ἱππατίαν τῶν Καλ-
τῶν ἀνύποιστον (27), θεὸν ἔκρινε πρῶτον μὲν διὰ
πλλοστῶν μετρητῶν τινῶν καὶ ἐκκρίτων ἀκροβο-
λισμοὺς ποιήσασθαι, ἵνα ἐντεῦθεν ἐνδειξίεν τινα καὶ

A sultum credidit, magnæ rei aleam tali tempore
jacere, nullo idoneo spei pignore aut operæ pro-
posito pretio. Magnis igitur itineribus retro in
patriam contendit, in victoriæ parte numerans
salvum atque incolumie reportare domum caput
suum. At Robertus ubi castra regis occupavit,
insequi ipse quidem fugientem tanti non putavit;
cæterum delectis ex toto exercitu copiis eo nego-
tio dato, ut vestigia Alamani strenue premerent,
ipse præda potitus omni Romam versus iter in-
tendit, una cum papa, quem cum illic in throno

Non longum inde tempus, cum patri se sistit
Baimundus, indicia successus improperi in deje-
cti vultus mœstitia palam ferens. Res ejus ut se
habuerint, quaque fortuna bellum gesserit, dein-
ceps narrabimus. Relictus in Illyrico ferrox juvenis
non magis patris mandatis quam proprio impetu
in occasionem conserendi cum imperatore prælij
totus imminebat. Ergo assumptis secum tum suis
copiis, tum Romanis transfugis, qui, desperata im-
peratoris fortuna, victorem secuti, non plebei so-
lum, sed viri etiam insignes magno numero ad
Baimundum accesserant: quibus adjungendi præfe-
ci urbium ac regionum quæ nuper dilioni Roberti
subjectæ fuerant, cum his omnibus per Bagen-
tiam profectus Joannina tenuit, ubi adjacentes loco
vineas fossa primum circumdedit, exercitumque
universum idoneis disposuit stationibus. Tum ipse
labernacula intus fixit; exploratisque muris et
castri arce parum firma ac semiruta, non modo
restituere illam omni ope conatus est, sed altam
quoque in altera murorum parte, loco ad id ipsi
viso commodo, firmissimam ædificavit; simul cir-
cumjacentes urbes et regiones assiduis illuc emissis
incursionibus prædatorum vastans. His imperator
auditis confestim summa diligentia collectis copiis
Constantinopoli erumpit mense Maio: citoque ad
Joannina perlatus, cum hostis pugnae copiam affa-
tim faceret, non tamen prius experiendum decre-
torio certamine de rerum summa putavit quam
velitationibus specimen cepisset virtutis Baimundi
peritiæque militaris. Id adeo consilii probavit illi
primum conscientia paucitatis suorum (constabat
enim satis multis partibus numerosiorem esse Bal-
mundi exercitum), deinde quod nupero cum Ro-
berto conflictu expertus fuerat, primum impetum

Variae lectiones ex cod. Coislina.

⁹⁴ Ἀλζμάνον. ⁹⁵ προὔτρεπετο. ⁹⁶ ἐδράσας. ⁹⁷ ἐκεῖνον. ⁹⁸ Deest vox πολλῶν. ⁹⁹ μόθων. ¹ Βαϊμούνδος.
² Βαϊμούνδου. Sic semper postea. ³ γεγόναν. ⁴ Deest vox διαχειμένους. ⁵ ὀπλιτικόν. ⁶ ἐπέβητο.
⁷ ἐρυμοτάτην. ⁸ κατὰ μῆνα. ⁹ καιρὸς ἤδη παρῆν, τὰ. Sic manuscriptus distinguit colon periodi.
¹⁰ Βαϊμούνδου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(25) Ἡγετης. Cladem Boemundi ad Larissam
intelligit, quam hoc libro commemorat. Adde
Zonaram, pag. 236.

(26) Μῆνα Μάϊον. Anno scilicet Chr. 1083.

(27) Ἀνύποιστον. Primum Gallorum impetum
atrocissimum semper fuisse, ut nec sustineri posset,

testantur passim scriptores, Memnon, Polybius,
lib. II Livius, lib. xxvii; xxxiv et xxxviii; Silius Italic.
lib. viii: Frontinus, lib. II etc. Vide præterea eam-
dem Annam pag. 134, 135, 283, 325; Petrum
Diac. lib. iv; Chronic. Cassin. cap. 41, et Joan. Sa-
risberiensem, lib. vi; Polycrat. cap. 16.

equitatus Galliei plane ineluctabilem esse. Delibatos igitur ex universa acie lectorum militum **134** globos subinde missitare institit, qui hostem eminentis jaculando lacesserent, ut ex successibus singularium manipulorum minimo periculo velintium, augurium de spe tota ac fortuna universi praelii capere posset, posteaque securius et prudentius pugnam committere. Sic igitur in conspectu mutuo positis et certare utrinque gestientibus exercitibus, reputans semper animo Alexius primam illam quavis resistendi constantia majorem Latinorum ruentium vim, tale quiddam ad eam sistendam frustrandamve commentus est. Leviores quosdam paravit currus, quibus pauciores quam vulgo solent, hoc est quatuor duntaxat infixit equos. His pedites imposuit loricatedos, quos jussit ubi primum irruentes insis habentis Latinos cernerent, currus in occursum propellere: quæ res necessario contextum phalangis et contesseratum aciei nexum perruptura erat. Adest ecce hora praelii commodum exorto sole perque sudum ab ortu reidente. Struit imperator aciem eaque sibi locum in media sumit. Baimundus promptus ad praelium, nec imparatus adversus insidias, sic tanquam plane compertum haberet quid contra machinatus esset Alexius, ordinem aciei suæ mutat, prout præsens posebat usus. Divisit enim bifariam copias, curribusque in medio relictis, utrimque magno impetu in Romanam invehitur aciem. Miscentur phalangibus phalanges, viri cum viris cominus congregiantur; multi utrinque cadunt; tandem vincente Baimundo, stabat jamen imperator imperterritus, turris instar incoccussæ, ab omni licet parte telis ac jaculis petitus. Ac nunc eques infestus in adversos irruebat Gallos, manum conserens, cadensque, et vicissim vapulans: nunc fugientes suos crebris clamoribus revocans. Ut autem phalanges suas in partes plurimas dissectas discerptasque vidit, tandem decrevit se sibi consulere oportere: non ullo ille quidem degeneri correptus

Α τῆς τῷ Βαϊμόντῳ ἐνυπαρχούσης στρατηγικῆς ἐπιστήμης σχολῆ, καὶ γένοιτό ¹¹ οἱ διὰ τῶν μερικῶν προσβολῶν ¹² τὴν τοῦ ὄλου γνῶσιν ἐσχηκέναι κἀντεῦθεν ζῶν ἐπιστήμῃ βεβαιότερον πρὸς τὸν Κελτῶν ἀντιπαρατάξασθαι. Οὕτω γοῦν τὰ στρατεύματα κατ' ἀλλήλων ἐσφάδαζεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν ἀνύποιστον τῶν Λατίνων δεδιῶς, πρώτην προσβολὴν, καινόν τι ποιεῖ. Ἀμάξας κοκφοτίρας κατασκευάσας, καὶ τῶν συντόμων ἤττους ἐφ' ἑκάστη τούτων κοντοῦς ἐνέπηξε τέσσαρας, καὶ πεζοὺς ὀπλοφόρους ἐπέτησεν, ὥστε ὀπηνίκα οἱ Λατῖνοι ὄλους ρυτῆρας χαλάσαντες κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ὁρμήσουσι φάλαγγος τὰς ἀμάξας ὠθείσθαι πρόσω διὰ τῶν ὑψισταμένων ὀπλοφόρων πιζῶν, ἐν' οὕτω τὸ συνεχὲς διακόπτεται τοῦ συνασπισμοῦ τῶν Λατίνων. Καὶ ἐπεὶ καιρὸς πολέμου περὶ τὸν ἡλίου ἤδη τοῦ ὀρίζοντος λαμπρῶς ὑπερκύψαντος, ὁ αὐτοκράτωρ τὰς φάλαγγας εἰς πολέμου τύπον καταστήσας, αὐτῆς τὸ μεσαιτάτον εἶχεν. Ὁ γοῦν Βαϊμόντος οὐκ ἀνέτοιμος τῆς μάχης συγκροτουμένης πρὸς τὸν ¹³ μηχανὴν ἐφάτη τοῦ αὐτοκράτορος. Ἀλλ' ὡσπερ πραγνοὺς τὸ βεβουλευμένον, μεθαρμόζεται πρὸς τὸ ξυμπεσόν, καὶ τὰς ἰδίας δυνάμεις δίχα διελθὼν, καὶ τὰς ἀμάξας παρεκκλίνας ¹⁴, κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκατέρωθεν ἵσταται [ἵεται] παρατάξιως. Καὶ φάλαγγες μὲν φάλαγγι τηνικαῦτα ἐμίγνυντο, καὶ ἀνέρες ἀνδράσι κατὰ στόμα ἐμάχοντο. Οὕτω δὲ πολλῶν ἐκατέρωθεν ἐν τῷ μάχεσθαι πεσόντων, τὴν μὲν νικῶσαν (28) εἶχεν ὁ Βαϊμόντος, ὁ δὲ γὰρ αὐτοκράτωρ καθάπερ τις πύργος ἀχλόνητος ἵστατο ἐξ ἑκατέρου μέρους βαλλόμενος, καὶ ὅπου μὲν ἐπιπυζόμενος κατὰ τῶν ἐπιόντων Κελτῶν καὶ συμπλεκόμενος ἐνίοις, πλήττων, καὶ κτείνων καὶ πληττόμενος, ὅπου δὲ καὶ τοὺς φεύγοντας συχνοῖς ἐμβοήμασιν ἀνακτώμενος. Ὡς δ' εἰς μέρη πολλὰ τὰς φάλαγγας διασπασθεῖσας ἑώρα, δεῖν ἐλογίσατο καὶ αὐτὸς ἐαυτῷ τὸ ἀσφαλὲς περιποιήσασθαι, οὐ σώτων ἐαυτὸν, οὐδ' ¹⁵ ὑπὸ δειλίας συγχυθεῖς, ὡς τάχα ἐν τις εἶποι, ἀλλ' εἰ που τὸν κίνδυνον δι' ἐκφυγῶν ¹⁶, καὶ συλλεξάμενος ἐαυτὸν αὐθις γενναϊότερον τοῖς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

¹¹ γένηται οἱ. ¹² προσβολῶν. ¹³ τὴν. ¹⁴ παρεκκλίνας. ¹⁵ οὐδ'. ¹⁶ διεκφυγῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(28) *Τὴν νικῶσαν εἶχεν.* Expugnatis Joannibus, ad Artam, urbem ad Ambracium sinum positam, castra statuerat Boemundus; cui, dum obsidetur, opem dare volens Alexius, a Boemundo fugatur. Hanc Boemundi victoriam narrant Malaterra, lib. iii, cap. 29; Ordericus Vitalis, lib. vii, pag. 644; et Willelmus Malmesb. lib. iii, pag. 107, præsertim vero Guillel. Apul. lib. v hisce versibus:

*Post ubi Robertum cognovit Alexius esse
Æquorè transiectum, vires reparare minutas
Nititur, absentisque ducis perfringere castra.
Hæc duo servabant vi consilioque potentes,
Filius ille ducis Boemundus, et iste Brienus.
Haud procut a Janina, non parvi nominis urbe,
296 Partis Alexine populus sua castra locarat.
Multiplici partem præmunit Alexius illam
Obice plaustrorum, quam præciū planiciæ*

*Ad pervadendam facilem vicinia reddit.
Ferreæ cum tribulis omnes salivæ viarum
Præpedit accessus, ut laxis hostis habenis
Dum dimittet equos, pedibus figatur equorum.
At nebula Danaum prospectus impediens,
Illuc Normanni per vitibus aspera densis,
Itenaque carectis loca pervenere lotenter.
Obstat congredivens paulisper Alexius illis:
Sed non instantes sufferre diutius illos
Enatuit, petiitque fugam, victusque recessit.
Urbem Thessaliæ superatus Marte secundo
Appetit egregiam, vulgus hanc vocat Salohichin.*

Anna non Thessalonicam, sed Achridem post hanc cladem Alexium venisse scribit; in cæteris consentit Guillelmus, nisi quod unicam, ex duabus, quas ipsa agnoscit Anna, victoriæ conficit. Nam in prout praelio plaustrorum obice, in altero tribulis usum Alexium Anna commemorat.

μαχομένοις Κελτοῖς ἀντικαταστάσει. Ὑποφεύγων ἄ
 δὲ τοὺς ἐχθροὺς μετ' ὀλίγων πάνυ τινῶν, καὶ τῶν
 Κελτῶν τισιν ἐντυχῶν, αὐθις ἐκείνοις ὁ ἀκαταπτόη-
 τοσ στρατηγὸς ἐδείκνυτο. Ἀναβρώτα, γὰρ τοὺς σὺν
 αὐτῷ, καὶ σφοδρῶς τὴν κατ' αὐτῶν ἱππασίαν, ὡς
 σήμερον τεθνηξόμενος ποιῆσαι, ἢ κατὰ κράτος
 ἠτήσων, κτείνει μὲν αὐτὸς παύσαι ἓνα τῶν Κελ-
 τῶν, καὶ ὀπίσθιοι δὲ σὺν αὐτῷ ἄριστος¹⁷ ἦσαν ὑπε-
 ρασπιστά, πολλοὺς τρώσαντες ἐξεδίωξαν, καὶ οὕτως
 ἀμετρήτους καὶ μεγίστους δι' ἐκφυγῶν¹⁸ κιν-
 δύνους, αὐθις τῶζετα διὰ τῶν Στρούγων (29) διελ-
 θῶν εἰς Ἀχρίδα. Κάκειθ'¹⁹ ἐγκαρτερήσας, καὶ
 πολλοὺς²⁰ τῶν πεφευγόντων ἀνακαλεσάμενος, αὐτοῦ
 ποῦ μετὰ τοῦ μεγάλου δομητικῶν πάντας καταλι-
 πῶν, καταλαμβάνει τὸν Βαρδάρην οὐ βραχύνης χά-
 ριν· βασιλικὴς γὰρ βραθυμίας καὶ ἀναπαύλας οὐ-
 δαμῶς ἑαυτῷ ἀπεμέτρει· καὶ²¹ συναγαγὼν τὰ
 στρατεύματα, καὶ μισθοφορικὸν συλλεξάμενος κατὰ
 τοῦ Βαϊμούντου χωρσί, ἑτερίν τι σκοπήσας δι' οὐ
 κατάγωνίσαιτο τοὺς Κελτοὺς. Τριβόλους γὰρ σιδη-
 ρῆς κατασκευάσας, ἐπεὶ τὴν μάχην ἐς νέετα προσ-
 εδόκα, ἐσπέρας τούτους²² ἐν τῷ μεταίχμιῳ²³ τῆς
 πεδίδος κατέστρωσεν²⁴, ὅπερ σφοδρότεραν ἐστο-
 χάζετο τοὺς Κελτοὺς τὴν ἱππασίαν ποιήσασθαι, μη-
 χανώμενος τάχα τὴν πρώτην καὶ ἀνύποιστον τῶν
 Λατίνων ὁρμὴν διὰ τούτων ἀποθραῦσαι περιπαρέν-
 των τῶν τριβόλων τοῖς τῶν ἱππῶν ποσὶ, καὶ τοὺς
 μὲν κατὰ μέτωπον ἵσταμένους τῶν Ῥωμαίων ὀπί-
 σοι, δόρατα ἔφερον μεμετρημένας τὰς ἱππασίας
 ποιῆσαι, καὶ ὀπίσθιον μὴ τοῖς τριβόλοις περιπα-
 ρεῖεν, ἀλλ' ἐφ' ἑκάτερα σχιζομένους ὑποστρέφειν,
 τοὺς δὲ παλταστάς πόρρωθεν τῶν²⁵ Κελτῶν σφο-
 δροὺς ἐκπέμπειν τοὺς οἰστοὺς, τὸ δὲ γὰρ ἄξιον καὶ
 εὐώνυμον κέρας ἐξ ἑκατέρου μέρους ἀσχέτω βύμη
 τοῖς Κελτοῖς ἐπεισπασεῖν. Τοιαῦτα μὲν τὰ τοῦ ἐμοῦ
 πατρὸς διανοήματα. Τὸν δὲ Βαϊμούντον ταῦτα οὐ
 διέλαθε. Συνέβαινε γὰρ τι τοιοῦτον. Ὅπερ γὰρ ὁ
 βασιλεὺς ἐσπέρας κατ' ἐκείνου ἐβουλεύτατο, πρῶτας
 ὁ Κελτὸς μεμάθηκε. Καὶ πρὸς τὸ ἀκουσθὲν εὐφυῶς
 μεθαρμοσάμενος τὴν μάχην ἀνεδέχετο, καὶ οὐκ ἔτι

Variae lectiones ex cod. Coislin.

¹⁷ ἄριστος. ¹⁸ διεκφυγῶν. ¹⁹ κάκειθ'. ²⁰ ἱκανοὺς. ²¹ καὶ αὐθις. ²² ταῦτα. ²³ μεσαιχμῖον. ²⁴ κατέ-
 στρωσεν. ²⁵ κατὰ τῶν.

Car. Dufresnii De Cangii notæ.

(29) Διὰ τῶν στρούγων. Editio Hoesehelii ha-
 bet στρουγῶν. Sunt vero στρουγαί, Bulgarica lin-
 gua, fossæ, stagna, vivaria, e quibus magnus pi-
 scium proventus parabatur, pro quo tributum
 pensitabatur quotannis Ilseo imperatoris. Theo-
 phylactus arch. Bulg. epist. 41: Καὶ γὰρ ἐπὶ τε
 τοῖς μύλοις διπλασίω οἱ κληρικοὶ, ἢ οἱ λαϊκοὶ
 ὀπετέλασαν. Καὶ ἐπὶ τῶν Βουλγάρων μὲν γλώτταις
 λεγομέναις στρουγαῖς, (Ἑλλήν δ' ἀνήρ διώρυχας ἀν-
 ταύτας ἐρεῖ) ἰχθύων ἄγρην προξενούσαις, καὶ ἐπὶ
 ταύταις δὲ πολλαπλασίω τῶν τοῦ κοινοῦ πλήθους
 ἐζημιώθησαν. Et paucis interjectis, τοπαρίον λιμ-
 ναῖον, strugas interpretatur: Καὶ ἐπὶ τινι τοπαρίῳ
 λιμναίῳ ἰχθύων ἄγρην διδόντι πένησσαν. Joannes
 Phocas in *Descript. Terræ Sanctæ*, n. 20, Achridis
 situm describens, paludi inædificatam tradit, unde
 aqua emergit, in variis terræ convallibus resta-
 gnans, quas strugas accolæ vocant: Ἐχεν γούν

metu mortis, aut, quod in tantis malis prouum
 suspicari sit, perturbatione ulla rationem non
 sequentis animi, sed consilio sapienti et generoso
 statuens servare se spei ac periculo majori. Quip-
 pe si se modo subduxisset, futurum videbat, ut
 iterum aggredi Gallos posset, ultionemque ex ipsis
 hodiernæ cladis sumere. Fugiens igitur cum oppi-
 do paucis, subito conspicatus Gallos aliquot, obli-
 tus fortunam, ex cædente in audacem aggressorem
 vertitur. Suos breuiter admonet, secumque in ho-
 stem ut mox morituros aut splendide superaturos
 rapit. Tum ipse prævolans Gallorum unum cædit
 ac sternit. Comitum ipsius quantum quisque virtu-
 tis habuit varie in hostes objectos exprompsit, mul-
 tis eorum vulneratis fugatisque. **135** In hunc
 modum innumeralibus et maximis periculis de-
 functus iterum servatus imperator est, per Strugas
 in Achridas perveniens. Ibi sat multis suorum a
 fuga collectis, eos ibi omnes sub magni domestici
 cura reliquit. Ipse ad Bardarem pergit, non ces-
 sandi causa quietisve gustandæ, homo qui fructum
 imperii in otii usura deliciisque non poneret, sed
 reparandarum virium exercitusque novis delectibus
 supplendi e civibus sociisque, ut deinde quamprimum
 instructior contra Baimundum pergeret; quod
 et fecit. Ibi in proclinctu pugnæ tale quid excogitavit
 ad vincendos Gallos, vimque ineluctabilem
 equitatus Latini frangendam. Nocte quæ prælium
 præcessit, campum in quo concurrendum erat præ-
 occupavit ferreis muricibus spargere: unde futu-
 rum sperabat ut inmittentibus se solito impetu
 Gallis equitibus, pedes equorum implicarentur et
 vulnerarentur; interim dum præmoniti Romani
 seseque continentes intra eos fines a quibus ea
 tribulorum pernicies abesset, pares hostibus in-
 opinato malo percussis profligandis se contra offer-
 rent. Quos etiam, si occasio vocaret ultra signatas
 metas invadendi hostis, imperator dividere aciem
 jusserat, et duobus lateribus campo muricibus
 strato in medio relicto in hostes ruere. Porro ce-

σχήματος ἢ πᾶτα ἔρημος, καὶ ὁ Ἰορδάνης ἄμα τῇ
 Νεκρᾷ τῶν Σαδόμεων θαλάσῃ κατὰ τὸν ἡμέτερον
 στοχασμὸν τῆς τοῦ θεάματος θέσεως Ἀχρίδος, ἐν
 τούτῳ τὴν ἐναλλαγὴν μάχην φαινομένην, ἐν τῷ μὲν
 ἀπὸ τῆς λίμνης Ἀχρίδος ἐξέρχασθαι ὕδωρ εἰς δια-
 φόρους τῆς γῆς περιλιμναζόμενον φάραγγας ἕς
 στρουγὰς οἱ τῆς ἐκεῖσε γῆς οἰκήτορες ὀνομά-
 ζουσι, etc. In his porro Annæ, Theophylacti et
 Phocæ locis, intelligi planum est alveos illos,
 quos olim Samuel Bulgarorum rex, Lychnitidem
 paludem, cui Achridis inædificatum oppidum, ex-
 haurire volens, fecerat: qua quidem in palude
 maximam vim piscium fuisse testatur Nicephorus
 Callist. lib. xvii, cap. 28: Ἐξ ἧς καὶ πλήθος ὄτι
 πλεῖστον ἰχθύων ἀγρεύεται. Anna, lib. xii, fossas
 istas et alveos Lychnitidis paludis τάρρους vocat.
 Vide pag. 374.

ita is mandaverat, ut quam densissimam possent A
telum nubem procul in Gallos jacularentur, in-
terim dum dextrum lævumque cornu, ex sua quod-
que parte, vehementissimo impetu in eosdem in-
cumberet. Hæc quid profuit tam sapienter exco-
gitasse patri meo quorum indicium statim ad Bai-
mundum deferebatur; in quo versabatur exæa
proditorum fraus, ejus perfidiosa diligentia quid-
quid vesperi decrevisset, primo mane compertissi-
mum Gallo erat. Nec surdo dictum aut parum
prompto ad præcavendum subita mutatione aciei.
Explicat ergo suas copias ad prælium; at non qua
parte, quoque modo solebat certamen invadit. Odo-
ratus videlicet consilium imperatoris exercitum et
ipse suum bifariam scissum irruere ab gemino la-
tere in Romanos jubet, aciem ipsam mediam et B
frontem exercitus stare immotam, quasi exspe-
ctantem donec hostes per infestam planitiem in
ipsos tenderent. Hæc ita facta sunt. Nec vero Ro-
mani Latinorum impetum diu sustinuerunt; terga
statim vertunt, nec fere occursum contra ruen-
tium nupera velut clade adhuc attenti audent.
Turbatur Romana acies, frustra imperatore con-
suetam exhibente constantiam, et manu menteque
strenue rem gerente. Non enim stabat solum im-
perterritus, sed lacessebat ultro adversos, vulnera in-
ferens vicissimque accipiens. Tandem cum exerci-
tum dilapsam cerneret, seque desertum cum paucis,
officii sui credidit non temere diutius nullo opere
pretio periclitari. Quæ enim ratio sit defatigatum C
et solum contra **136** victorem exercitum niti
pertinacia pugnandi, projicereque salutem in dis-
crimen nulla spe vocante? Postquam igitur aliquan-
diu dextro lævoque cornu suorum fugato, totum
exercitus Baimundi pondus atque impetum unus
stitisset sustinissetque Alexius, demum persuaderi
sibi sivit a sua prudentia ut se a præsentis periculo,
in quo frustra tentari fortunam palam esset, ad
aliam aciem aliudque periculum se servaret. Agi-
tabat enim vel in illa calamitosa fuga, homo in-
fracti animi, magna consilia resumendi meliorem
sorte contra Baimundum belli, reponendique illi
clades omnes istas: ita quodammodo dum vince-
batur vincens, et dum fugiebat, persequens, nun-
quam vero infringi sibi generosam fiduciam, aut D
desperationis laqueis se constringi patiens. Erat
quippe fide præditus in Deum maxima: ejusque
numen quasi præsens assidua in omnibus cogita-
tione circumferebat: juramentoque abstinebat om-
nino. Cum igitur desperata, ut modo dixi, victoria
impetu retro verso cederet, insequente Baimundo,
cum lectissimis quibusque vomitum, conversus ad

ὡς ἔθος αὐτῷ τὴν ὁρμὴν τῆς μάχης ἔποιε, ἀλλὰ
προαρκάσας τὴν τοῦ αὐτοκράτορος βουλήν, αὐτὸς
ἐξ ἑκατέρου μέρους τὴν μάχην μᾶλλον ἀνερίπτεσθε²⁶
τὴν κατὰ μέτωπον φάλαγγα ἀτρεμεῖν τῶν παρακα-
λευσάμενος. Τῆς γοῦν μάχης ἀγγεμάχου γενοῦσας
οἱ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος τὰ νῶτα τοῖς Λα-
τίνοις δεδώκασιν, μηδ' ἀντωπῆσαι τοῦτοις τοῦ λοιποῦ
ισχύοντες, προκατεπετήμενοι ὄντες διὰ τὴν προηγι-
σμένην ἤτταν. Καὶ σύγχυσις ἐνηκαῦτα τῆς Ῥω-
μαϊκῆς περατάξεως ἦν, κἂν ὁ βασιλεὺς ἀκλόνητος
μένων γενναίως· καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ ἀντικαθί-
στατο, πολλοὺς μὲν τρώσας, ἔστι δ' οὐ καὶ τρω-
θεῖς. Καὶ ἐπεὶ τὰ ἅπαν ἐκρεῦσαν ἤδη στρατεύμα
ἐθεάσατο, καὶ ἐαυτὸν μετ' ὀλίγων καταληφθέντα²⁷,
δέον ἐλογίσατο μὴ ἀλόγως ἀνηιστάμενος κινδυνεύ-
σαι. Ἐπὶ γὰρ τις, πολλὰ μογήσας, μὴ πρὸς ἰσχύος
ἔχει²⁸ τοῖς ἐχθροῖς ἀντικαθίστασθαι, μάταιος ἀν-
εἶη²⁹ εἰς προὔπτον κίνδυνον ἐαυτὸν συνωθῶν. Τοῦ
γοῦν δεξιῦ καὶ εὐωνύμου κέρως τῆς Ῥωμαϊκῆς
φάλαγγος φυγαδεῖα χρησαμένων, ὁ βασιλεὺς ἔτι
ἐγκαρτερῶν μετὰ τῆς τοῦ Βαϊμούντου φάλαγγος
γενναίως ἀπεμάχετο, τὸν ἕλον αὐτὸς ἀναδεξάμενος
πῶλεμον. Τὸ δὲ ἀναντίρρητον συνέεις τοῦ κινδύνου,
δέον ἐκρινεν ἐαυτὸν περιτῶσαι, ὡς αὐθις δύνασθαι
μάχεσθαι πρὸς τὸν καταγωνισάμενον καὶ ἀντίπαλος
ἔσεσθαι καρτερώτατος, καὶ μὴ τὸ πᾶν τῆς νίκης
ἄρασθαι τὸν Βαϊμούντον. Τοιοῦτος γὰρ ἦν ἡττώμε-
νος καὶ νικῶν, φεύγων καὶ αὐθις διώκων, καὶ μηδέ
ποτε ὑποπητήσων, μήτε μὴν ἀνεπιπίπτας βρόχους
ἀλισκόμενος. Ἦν γὰρ καὶ εἰς Θεόν (50) μεγίστην
ἔχων πίστιν, καὶ τοῦτον μὲν ἐς μέτρον διὰ παντὸς
περιφέρων, ὄρκου δὲ³⁰ παντάπασιν ἀπεχόμενος.
Ἀπειρηκῶς οὖν, ὡς ἀνωθεν εἴρηται, ὀπισθοδρόμητος
καὶ αὐτὸς γέγονε, διωκόμενος παρὰ τοῦ Βαϊμούντου
καὶ ἐκκρίτων κομήτων. Ἐν τούτοις δὲ φησι πρὸς
τὸν Γουλιῆν (οὗτος δὲ πατὴρ αὐτοῦ θεράπων) καὶ
τοὺς σὺν αὐτῷ· Μέχρι πόσου φευξόμεθα; Καὶ
στρέψας τὴν χαλινόν³¹ καὶ τοῦ κολοῦ³² τὸ ξίφος
ἐξαγαγὼν, παῖσι τὸν πρότω αὐτῷ συναντήσαντα
κατὰ τῆς ὄψεως. Τοῦτο οἱ Κελτοὶ θεατάμενοι, καὶ
διαγνόντες αὐτὸν τῆς ἰδίας ἀπεγνώχοντα σωτηρίας,
ἐπειδὴ τοὺς τριαύτης γνώμης γεγονότας, ἀνδρας
ἀκαταμαχῆτους· πάλαι ἐγίνωσκον, ὑποσταλέντες
τοῦ διώκειν ἐπαύσαντο. Καὶ οὕτω τῶν διωκόντων
ἀπαλλάγεις, ὑπεξῆει τοῦ κινδύνου. Θύδδὲ φεύγων
δὲ ἕλως ἀνεπεπτώκει, ἀλλὰ τῶν φευγόντων τοὺς
μὲν ἀνεκαλεῖτο, τοὺς δὲ καὶ ἐπέσκηπτε, κἂν οἱ πολλοὶ
τὸν ἀγνοοῦντα ὑπακρίνοντο. Οὕτω γοῦν τοῦ κινδύ-
νου σωθεὶς, εἰτέρχεται εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐφ'
ᾧ συναγαγεῖν αὐθις στρατεύματα καὶ κατὰ τοῦ
Βαϊμούντου χωρῆσαι.

Galen (paternus hic illi ex longo filius erat famu-

Variae lectiones ex cod. Coislin.

²⁶ ἀνερίπτεσε. ²⁷ καταλειφθέντα. ²⁸ ἔχει. ²⁹ ἦ. ³⁰ δέ. ³¹ χαλινόν. ³² κολοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(50) *Eis Θεόν*. Pietatem Alexii, et cæteras animi
dotes commendat etiam Ordericus Vitalis, lib. vii:
Erat, inquit, prudens et probus, audax et largus et
amabilis omnibus. Et mox: Erat multum sapiens
et misericors pauperibus, bellator fortis et magna-

nimus, affabilis militibus, munusculumque dator lar-
gissimus, divina legis cultor devotissimus. Fuit
tamen Alexius, ut ait Malmesburiensis lib. ii,
astutus et fraudibus, quam probitate notior. Vid.
Annam, pag. 231.

lus tum fugæ comes) et ad paucissimos qui cum eo erant: Quoniam, inquit, neque fugiemus? Et simul cum dicto flexis habenis ac stricto gladio, eum in facie vulnerat qui forte primus ex Insequentibus se obtulit. Id Galli cum vidissent, et ex eo intelligerent desperatam ab illo salutem, memores vinci non posse qui tales sunt, remissa sequendi cura, quieverunt. Sic spatium recedendi Augustus habuit, quo usus est ille quidem, cæterum ita soluto securoque animo, ut illi vacaret quos obiter cernebat fugere, partim revocare, partim increpare, quanquam plerumque audire dissimulantes. Tanto periculo defunctus in urbem regiam se recipit, animo reparandi exercitus, moxque demum in Baimundum movendi.

in eandem secum auxilii Hierosolymitanis adornandi curam ac sententiam pertractis. Nec mora communitres conatu incumbentes in opus congregandarum undique biremium triremiumque dromonum cæterarumque id genus velocium navium, tantum brevi perfecere ut nongentarum omnis formæ parata classis staret : quam conscendens ipse Pisanus Syriam versus ad eos qui se vocaverant intendit cursum. Verum in itinere non mollicam Istius numeri partem reliquit ad tutelam Coreyrensis arcis Coryphus, Cephalenikæ, Leucadis, et Zacynthi. His auditis imperator in cunctis Romanæ ditionis navibus et portibus ædificari naves jussit. Ipseque quod præcipiebat primus exsequens Constantinopoli ubi tunc erat, multas locavit fabricandas. Nec imperasse satis habens aderat præeratque operi, et subinde monere conscensa circumiens visebat monebatque fabros, qua forma quaque arte naves oporteret construi. Etenim exploratum habens quam experientes Pisani essent navalium bellorum; verensque ne quam ab iis majorem cladem sua classis acciperet, ita naves curabat adornari ut cujusque in prora longe exstantia eminent ex ære ferrove simulata capita leonum, aliarumve omne genus ferarum bestiarum, diductis lateque hiantibus rictibus. Quas etiam tetras facie ad majorem terrorem tam auro et pigmentis jubebat colorari; tum vero etiam ita intus per arcanos meatus, contortilesque ductus aptari, ut per eas fauces sic apertas ejaculari flammam in hostem Romani possent, non pernicie ipsorum quam admiratione ac metu majori; quod tanta vis inopinati ac novi mali ex formidolosissimis vel ad aspectum monstrorum horrendorum buccis eructaretur. Has tali artificio paratas naves Taticio nuper ab Antiochia reduci simul tradidit;

Varie lectiones ex cod. Coislin.

* Κορυφίους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

(70) Κατασκευάζω. Hos Dagoberti et Pisano- rum, priusquam Laodiceam appellerent, cum Alexianis conflictus et hostilitates attigit Tyrius, lib. xi, 377 cap. 44: *Iter ergo aggressi, et oram secuti maritimam, non nisi hostium reperiant urbes, unde cum maxima difficultate et alimentorum inopia viam poterant inceptam conficere.*

(71) Ζώων κεφαλὰς. More veterum fecit Alexius, qui belluarum capita auro exornata navium rostris aptabant. Virgil. lib. x *Æneid.* :

Ærata princeps secat æquora tigri.

Hoc est, a¹ Servius, *cujus rostrum erat in similitudinem tigridis: namque solent naves nomina accipere a tutelarum pictura.* Sed de tutelis multa Voverenus ad Petron. Meursius ad Lycophr. Delrius ad Senec. *Trag.* Turnebus, Alexander ab Alex. cæteri- que criticorum filii commentati sunt. Tantum addo quæ habet perelegans scriptor, in *Encomio Eumæ reg. Augl. lib. i: Aggregati tandem turratas ascendunt puppes, æratæ rostris duces singulos videntibus discriminantes. Hinc erat cernere leones auro fusiles in puppibus, hinc autem volucres in summis malis venientes, austris suis signantes versibus, aut dracones varios minantes incendia de naribus; illinc nomines de solido auro, argenteo rutilos, viris quo-*

Κορυφῶς *, τῆς Κεφαληνίας, τῆς Λευκάδος καὶ τῆς Ζακύνθου ἀπέστειλε. Ταῦτα μανθάνων ὁ βασιλεὺς ἐξ ἀπασῶν τῶν ὑπὸ τὴν πῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν χωρῶν προσέταξε γενέσθαι πλοῖα, καὶ εἰς αὐτὴν δὲ τὴν βασιλεύουσαν ἰκανὰ κατασκευάζων (70) ἐκ διαλειμμάτων εἰς μονῆρες εἰσερχόμενος, ἐπέσκηπτε τοῖς κατασκευάζουσιν ὅπως χρῆ ταῦτα ποιεῖν. Γινώσκων δὲ τοὺς Πισσαίους τοῦ περὶ τὴν θάλατταν πολέμου ἐπιστήμονα; καὶ δεδιὼς τὴν μετ' αὐτῶν μάχην, ἐν ἐκάστη πρώρᾳ τῶν πλοίων διὰ χαλκῶν καὶ σιδήρων λεόντων καὶ ἀλλοίων χερσαίων ζῶων κεφαλὰς (71) μετὰ στομάτων ἀνεωγμένων κατασκευάσας, χρυσῶ τε περιστέλας αὐτὰ ὡς ἐκ μόνης θέας φοβερὸν φαίνεσθαι τὸ διὰ τῶν στρεπτῶν κατὰ τῶν πολεμίων μέλλον ἀφίεσθαι πῦρ, διὰ τῶν στομάτων αὐτῶν παρεσκεύασε διέναι, ὥστε δοκεῖν τοὺς λέοντας καὶ τ' ἄλλα τῶν τοιοῦτων ζῶων τοῦτο ἐξερεύεσθαι. Οὕτω γοῦν ταῦτα κατασκευάσας μετακαλεσάμενος τὸν Τατίκιον ἐξ Ἀντιοχείας νεωστὶ παραγενόμενον αὐτῷ μὲν τὰ τοιαῦτα πλοῖα παραδιδωκῶς, *Περιφανεστάτην κεφαλὴν* (72) ὠνόμασε: τῷ δὲ γε Λαντούλφῳ (73) τὸν ἅπαντα στόλον ἀναθέμενος μέγαν δοῦκα προῦβάλλετο ὡς τῆς ναυμαχίας εἰδήμονα ἀρίστον. Ἐξελθόντες οὖν τῆς μεγαλουπόλεως μηνὸς παρικπεύοντος Ἀπριλίου, μετὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου τὴν Σάμον κατέλαβον, καὶ τὰ πλοῖα τῇ χέρσῳ προσορμίσαντες, ἐξῆλθον πρὸς τὴν ἤπειρον ἐπὶ τῷ διὰ τῆς ἀσφάλτου ἐπιπλέον ἀσφαλισαμένους κατοχυρῶσαι αὐτοὺς. Μεμαθηκότες δὲ τὴν τοῦ Πισσαϊκοῦ στόλου διέλευσιν, τὰ πρυμνήσια λύσαντες, καὶ αὐτοὶ ἐπισθεν αὐτῶν ἔθεον ὡς πρὸς τὴν Κῶ. Πρωτὰς δὲ τῶν Πισσαίων ἐκεῖσε καταλαβόντων, ἐσπέρας οἵτοι ταύτην κατέλαβον. Μὴ ἐντετυχηκότες δὲ τοῖς Πισσαίοις ἀπῆλθον εἰς τὴν Κνίδον περὶ τὴν ἤπειρον τῆς ἀνατολῆς διαχειμένην. Κεῖθι

dammodo non impares, atque illinc tauros erectis sursum collis, protensisque curvibus, mugitus cursusque viventium simulantes. Videres quoque delphinus electro fusos, veteremque rememorantem fabulam de eodem metallo centauros, etc. Idem, lib. ii: Ardebat aurum in rostris, fulgebat quoque argentum in variis navium figuris.

(72) *Περιφανεστάτην κεφαλὴν.* Nova dignitas inventa ab Alexio admodum salerti in excogitandis Istiusmodi dignitatibus Palatinis.

(73) *Λαντούλφῳ.* Occurrit Landulfus iste non semel infra cum perhonorifica mentione, cujus nomenclatura natione et origine Latinum prorsus fuisse arguit. Nec scio an idem qui Falconi Beneventano Landulfus de Græcia dicitur in Chr. ad an. 1093: *Landulfus Græcus* M. Antonio Marsilio Columnæ in Vita et rebus gestis S. Matthæi cap. 8, qui reversus postmodum in Apuliam, *comestabilis Beneventanorum* creatus est: quam quidem sortitus sit appellationem, quod diu in Græcia, et apud Alexium moratus fuerit. Verum, ne id affirmem, facit ipsum Landulphi cognomen, quod in plerisque codd. Falconis, *de Græcia*, scribitur; qua appellatione occurrit, ni fallor, castrum aliquod in agro Beneventano. Vide Ughellum, tom. VI *Italia sacra*, pag. 457.

δὲ παραγενόμενοι ὡς τῆς ἀγρᾶς ἡστόχων ὀλίγους
 σινᾶ; ἐφευρηκότες τῶν Πισσαίων αὐτοῦ που κατα-
 λειφθέντας, ἐπονθάνοντο ὅπου ὁ Πισσαϊκὸς ἐξώρμησε
 στόλος. Οἱ δὲ πρὸς τὴν Ῥόδον ἔφασαν. Καὶ παρα-
 χρῆμα λύσαντες τὰ πρυμνήσια θάπτον τούτους κατέ-
 λαβον μεταξὺ Πατιάρων καὶ Ῥόδου. Τούτους δ' οἱ
 Πισσαῖοι θρασυάμενοι, μόθου παραυτίκα σχῆμα δια-
 τυπίσαντες πρὸς μάχην οὐ τὰ ξίφη μόνον, ἀλλὰ
 καὶ τὰς καρδίας ἔθηγον. Ἐπικταλαβόντος δὲ τοῦ
 Ῥωμαϊκοῦ στόλου κόμης τις Πελοποννήσιος (74)
 Περιχυτάνης* καλούμενος ναυλοχεῖν ἄριστα ἐπιστά-
 μενος ὡς τούτους ἐθείασατο, ταῖς κώπαις τὸ ἴδιον
 πτερύσας μονῆρες ὡς εἶχε κατ' αὐτῶν ἴσται, καὶ
 διαμέσου τούτων ὡς πῦρ διελθὼν εἰς τὴν Ῥωμαϊ-
 κὴν αὐθις ἐπανέστρεψε στόλον. Ὁ μὲντοι Ῥωμαϊ-
 κὸς στόλος οὐκ εὐτάκτως τῆς μετὰ τῶν Πισσαίων
 μάχης ἀπεπειράτο, ἀλλ' ὀξείως καὶ ἀσυντάκτως τού-
 τους* προσέβαλλε. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Λαντούλφος
 πρῶτος προσπελάσας τοῖς Πισσαίοις ναυσὶν, ἄστοχα
 τὸ πῦρ ἔβαλε καὶ οὐδὲν τι πλέον εἰργάσατο τοῦ
 πυρὸς σκεδασθέντος. Ὁ δὲ λεγόμενος Ἐλεμίον
 κόμης ἀναίσχυντος μεγίστη πλοῖον κατὰ πρύμναν
 προσβαλὼν τοῖς πτεδαλίοις τούτου περιπεσὼν καὶ
 μὴ εὐχερῶς ἔχων ἐκεῖθεν διαπλωίσασθαι, κατεσχέθη
 ἄν, εἰ μὴ γοργῶς πρὸς τὴν σκευὴν ἀπειδε. Καὶ
 πῦρ κατ' αὐτῶν ἀφείδ' οὐκ ἄστοχα ἔβαλεν. Εἶτα
 τὴν ναῦν ἐπὶ θάτερα γοργῶς μεταφέρων καὶ ἐτέ-
 ρας παραχρῆμα τρεῖς μεγίστας ἐπυρπόλει τῶν
 Βαρβάρων ναῦς. Ἐπεὶ δ' ἅμα καὶ συστροφή ἀνέ-
 μου τὴν θάλατταν ἐπέισπεσοῦσα ἀθρόον διετάραττε
 τὰς τε ναῦς συνέτριβε καὶ μονοῦ βυθίζειν ἤπελει.
 Ἐρρόχθη* γὰρ τὸ κῦμα, ἐτετρίγεσαν αἱ κεραιαὶ,
 τὰ θ' ἰστία διερρήγγοντο. Ἐκδειματωθέντες οἱ Βάρ-
 βαροι, τὸ μὲν διὰ τὸ πεμπόμενον πῦρ* οὐ γὰρ ἐθά-
 δες ἦσαν τοιούτων σκευῶν ἢ πυρὸς, ἄνω μὲν φύσει
 τὴν φορὰν ἔχοντος, παμπρομένου δ' ἐφ' ἃ βούλεται
 ὁ πέμπων κατὰ τε τὸ πρᾶνὲς πολλάκις καὶ ἐφ' ἐκά-
 τερα* τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ θαλαττίου κλύδωνος συγχυθέν-
 τες τὸν νοῦν φυγαδείας ἤψαντο. Οὕτω μὲν οὖν τὰ
 τῶν Βαρβάρων. Ὁ δὲ τοῖς Ῥωμαϊκῶς στόλος νησιδίω
 τινὶ προσώκειεν οὕτως που καλούμενον Σεύτλω (75).
 Αὐγαζούσης δὲ τῆς ἡμέρας ἐκεῖθεν ἀπάραντες τῆ
 Ῥόδῳ προσώρμησαν*. Τῶν πλοίων οὖν ἀποθάντες
 καὶ ἐξαγαγόντες ὅτους ἔφθασαν κατασχεῖν καὶ αὐτὸν
 δὴ τὸν τοῦ Βαῖμόντου ἀδελφιδοῦν (76), ἐξεδειμάζουσαν
 αὐτοῦς ὡς μέλλοντες τιμῆς πάντας ἀπεμπολεῖν, ἢ
 κατασφάττειν. Ὡς δὲ ἀκαταπλήκτους πρὸς τοῦτο
 ἔειρων αὐτοῖς καὶ τὴν ἀπεμπόλησιν ἐν οὐδενὶ τιθε-
 μένους, εὐθύς ξίφους παρανάλωμα πεποιθήκασιν. Οἱ
 δὲ γε περιλειφθέντες τοῦ Πισσαϊκοῦ στόλου πρὸς τὸ
 τὰς παρατυχοῦσας νήσους καὶ τὴν Κύπρον λητίζεσθαι

A simul eidem illi viro probatissimæ virtutis, quo
 alacrius novum hoc bellum capesseret, amplam in
 primis appellationem indidit, *Illustrissimi Capitis*.
 Cæteræ classi universæ titulo et potestate ducis
 magni Lantulphum præfecit quippe virum navalis
 pugnæ peritissimum. Solverunt hi Constantinopoli
 mense Aprilis cum classe Romana universa; et Samo
 proximo cursu obiter perstricta navibus adverso
 littori applicitis, in continentem exscenderunt, na-
 vigia recenter ædificata, asphaltis illie abundantis
 inunctione multa firmatori. Certiores ibi sunt præ-
 teriisse Pisanam classem. Quare solventes ipsi post
 eos currunt, versus Coam insulam, Pervenerant eo
 Pisani mane diei ejus, cuius sub vesperam Romani
 eodem appulere. Ergo si opportunitate exclusi rei
 gerendæ, quippe Pisanis, qui longo intervallo præ-
 currebant, non inventis, Cnidum abeunt, insulam
 prope continentem Orientis sitam. Ibi deprehensu-
 ros se rati Pisanos, spe quidem exciderint præde-
 totius, repererunt tamen relictos Pisanorum aliquos
 a quibus interrogatis quo ivisset Pisana classis,
 336 Rhodum versus navigasse illam audiverunt.
 Nulla mora insequendi facta, instant solutis admis-
 sisque post Pisanos navibus, brevique eos asse-
 quuntur inter Pattara et Rhodum. Eos Pisani con-
 spicati, classe cito disposita apte ad navale prælium,
 et tela et animos ad pugnam acuebant. Admovetur
 interim propius Romana classis et quidam comes
 Peloponnesius, Perichytanes vocatus, scientissimus
 artis navigandi, toto remigio suæ moneris incitato,
 velocissimo impetu Pisanos petit: perque ipsos
 medios flammæ rapiditate pervolans, ad classem
 rursum se Romanam retulit. Cæterum nostræ naves
 haud satis ordinate satisque juncto, sed tumultuario
 quodam impetu, pugnam cum Pisanis capessebant.
 Quin Lantulphus ipse, ubi se admovit primus na-
 vigiis hostilibus, ignem intempstiva jaculatus,
 ideo temere et sine hostium damno dispersum,
 fructum inventi novi nullum habuit. Felicior fuit
 comes, Eleemon dictus. Is magnam audacter ag-
 gressus Pisanam navem, cum incidisset in ejus
 gubernaculum, itaque se implicuisset, ut retro inde
 cedere nequiret, captus esset utique, nisi præsen-
 tem in tali periculo animum ad paratam appulisset
 machinam evomendæ flammæ per fauces æneas,
 uti diximus. Ergo id agere adorsus cum magna
 pernicie navis hostilis cui adhæserat, tres quoque
 inde alias maximas sese strenue circumagens eadem
 peste incendii sparsilis afflavit et absumpsit. Inter
 hæc repente mutato vento, turbari mare, mugire
 fluctus, concuti mutuo collisu naves et conteri,

Variaë lectiones ex cod. Coislino.

* Περιχύταν. * τούτοις. * ἐρρόχθει. * προσώρμισαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(74) Κόμης τις Πελοποννήσιος. Non comes in Peloponneso, sed dignitate, seu officio in classe comes, origine Peloponnesius. Vide supra, pag. 291.

(75) Σεύτλω. *Seutlos*, Ionice insula circa Rho-

dum, Plinio *Seutlosa*. Stephano Ταύτλουσσα.

(76) Βαῖμόντου ἀδελφιδοῦν. Quis ille Boemundi nepos, vel avinis, quem cum Pisanis navigasse ait Aana, ex nostris scriptoribus haud liquet. Vide pag. 394.

stridere antennarum cornua, frangi ac discerpi vela, denique in præsentis demersionis periculo ac metu naves esse. Communis hic erat ambarum partium terror; illa propria formido Pisanorum, ignis missilis nunquam illis visa usumque comperta natura; nam cum ignis notus rectum et statum impetum habest cælum versus, hic videbant et in prouum haud reluctantem flammam dejici, et ad latera vibrari non ægre sequentem vim et destinationem jaculantis. Igitur hæc machinæ artificum molitricæ fulgetrorum rem eo die confecere: percussis enim isto potissimum malo Barbari fugæ se mandarunt. At Romana classis vitandæ tempestati stationem in præsens opportunam cepit ad parvâ insulam cui nomen Seutlo fuit. Allucescente die postera moventes inde ad Rhodum appellant: quam in insulam exscensu Romani facto quosdam e Latinis captos, in iis consobrinum Baimundi, terrere primo conabantur metu servitutis, et venditionis miseræ; verum cum nihil inde moveri eos, et tantum mancipationis vilissimæ dedecus pro nihilo ipsos habere animadverterunt, trucidarunt universos. Pisani superstites cæteri ad insulas depredandas, præsertim Cyprum, adjecerunt animos. Cyprum gubernabat tum Philocales Eumathius, qui repente in Latinos cum copiis movit, simul cognovit **337** appulsos: tantoque ipsos terrore affecit ut suorum obliti, quos non paucos jam ad pabulandum in insulam emisserant, statim eum perturbatione solverent Laodiceam versus, ad Baimundum cui se suaque libenter scilicet accipienti et mutua spondenti detulere. At illi, quos diximus, miseri in Cyprum expositi prædatores, ubi ad litus reversi, classem non viderunt suam, desperatione acti magna projecerunt se in mare, ibique in aquis præfocati sunt. Dahinc duces Romanæ classis, et Lanulphus ipse in Cyprum convenientes habito consilio decreverunt de communi omnium sententia tractare de pace. Electus ad id Butumites qui statim ad Baimundum se contulit: et apud eum dies totos detentus est quindecim. At Baimundus idem semper erat, nihil ab illo fraudulento pacis et pacatarum artium indocili mutatus. Tandem ergo accersitum Butumitem sic minaciter affatus est: *Non huc tu amicitiæ aut pacis venisti causa, sed incendendarum mearum navium: itaque fac ab eis quam primum, et quod fraudis tantæ conscius a nobis inultis integer atque illæsus dimitteris, in lucro pone.* Cum his reverso Butumite ad eos a quibus missus fuerat, consultatio ab iis communiter instituitur in Cypri portu. Ibi altius introspecta ex recentibus indicis malitia Baimundi, desperataque inter ipsum et imperatorem concordia, nihil tunc quidem decernere se posse putaverunt consultius quam si classem plena velis Constantinopolim referrent. In eo cursu cum essent prope Syceen gravi ac vehementi oborta tempestate vasto fluctuum et ventorum impetu alii ad terram sunt, conquassatis universis navibus, præter eas quibus proprie Taticius præerat.

Hic successus classis Pisane fuit, et expeditio-
nis navalis ejus occasione susceptæ. Interim Baimundus pro sua cætera solertissima versutia, vidit

A ἀπέβλεψαν. Ἐνθα τυχῶν ὁ Φιλοκάλης Εὐμάθιος κατ' αὐτῶν ἔσται. Οἱ δὲ περὶ τὰς ναῦς δειλίᾳ σχεθίντες μηδὲ τοῦ ἐξιόντος προνομῆς χάριν, ἀπὸ τῶν πλοίων αὐτῶν λαοῦ πεφροντικότες, ἀλλὰ τοὺς πλείονας περὶ τὴν νῆσον ἔασαντες, ἀσυντάκτως οὕτω λύσαντες τὰ πρυμνήσια πρὸς τὴν Λαοδικεῖαν ἀπέπλεον, τὸν Βαῖμουλλον ἐπὶ ναῦν ἔχοντες. Καὶ δὴ κατ' καταλαβόντες προσεληλύθεισάν τε αὐτῶ καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ ἀγάπην ἀσπάζεσθαι ἔλεγον. Ὁ δὲ, ὅποδος ἐκεῖνος ἀσμένως αὐτοὺς ὑποδέχεται. Ἐπεὶ δ' οἱ περὶ τὴν ἡῖονα καταλειφθέντες λαφυραγωγίας ἕνεκα ὑποστρέψαντες τὸν ἴδιον στόλον οὐχ ἐώρων, ἐρρίπτον ἑαυτοὺς ἀφειδῶς εἰς τὴν θάλασσαν καὶ ἀπεπνίγοντο. Οἱ δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου θαλασσοκράτορες καὶ αὐτὸς δὴ ὁ Λαντουλφος καταλαβόντες τὴν Κύπρον συναληλυθότες περὶ εἰρήνης ἐπερωτῶν ἐβουλεύοντο. Πάντων οὖν ὁμογνωμονησάντων πρὸς τοῦτο, στέλλεται ὁ Βουτουμίτης πρὸς τὸν Βαῖμουλλον. Τοῦτον οὖν θεασάμενος καὶ παρακατασχῶν ἐπὶ ὄλαις πέντε καὶ δέκα ἡμέρας ἐπεὶ τὴν Λαοδικεῖαν καὶ λιμὲν κατειλήφει καὶ ὁ Βαῖμουλλος αὐτῶς Βαῖμουλλος ἦν καὶ οὐκ ἐλλοίωτο οὔτε μὴν εἰρηνεύειν ἐμεμαθήκει, μεταπεμφάμενος αὐτὸν, φησὶν, *Οὐ διὰ φιλίαν ἢ εἰρήνην αὐτὸς ἐνταυθοῖ παραγέγονας, ἀλλ' ἐφ' ᾧ τὰς ἐμὰς ἐμπρήσαι ναῦς. Ἄπιθι τολῶν ἀρκεῖ γάρ σοι τοῦτο τὸ, ἀνακρωτηρίαστον τῶν ἐνταῦθα ἀπολυθῆναι.* Ἀπάρως οὖν ἐκεῖθεν καταλαμβάνει τοὺς αὐτὸν ἀποστειλάντας περὶ τὸν λιμὲν τῆς Κύπρου. Καὶ τὴν Βαῖμουλλοντος πονηρὰν γνῶμην ἐπιπλέον ἐκ τῶν ἐκεῖθεν μηνυμάτων διαγνόντας καὶ ὡς ἀδύνατον σπείσασθαι μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος, ἐκεῖθεν ἀπάραντες ὅλοις ἰστίοις τὴν πρὸς τὴν μεγάλοπολιν ὕγρὰν ὑπέπλεον κέλευθον. Κατὰ δὲ τὴν Συκὴν (77) τρικυμίας μεγάλης καὶ κλυδῶνος^α διεγεσθῆντος σφοδροῦ, τὰ πλεία τῆ χέρσῳ προσραγέντα ἡμίθραυστα πάντα γεγονάσι πλὴν τῶν νεῶν ἧν ἐξήρχεν ὁ Τατίκιος.

C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z
Α
Β
Γ
Δ
Ε
Σ
Τ
Θ
Ι
Κ
Λ
Μ
Ν
Ξ
Ο
Π
Ρ
Σ
Τ
Υ
Φ
Χ
Ψ
Ω
Α
Β
Γ
Δ
Ε
Σ
Τ
Θ
Ι
Κ
Λ
Μ
Ν
Ξ
Ο
Π
Ρ
Σ
Τ
Υ
Φ
Χ
Ψ
Ω

Ἄλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὸν Πισσαϊκὸν στόλον ἴδὲ πῶς προεχωρήσει. Ὁ δὲ Βαῖμουλλος φύσει πονηρότατος ὧν ἐβέβηκε μὴ τὸ Κούρικον (78) ὁ βασιλεὺς προ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

^α καὶ δὴ. ^β κλυδῶνος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(77) Συκὴν. Syce, hodie Galata, et Pera, olim urbis CP. xiii regio. Vide Hist. nostram Gallo-Byzant. lib. v, n. 52.

(78) Κούρικον. Ciliciæ urbs, in qua Justinianus imp. balneum et πτωχεῖον renovavit, ut auctor est

Procopius, lib. v De ædific. Just. extremo; Curcum Sancto lib. ii, part. iv, cap. 26: Curca, Tegenoni Patav; Corycus, in notitia Græc.; Curc, Willebrando ab Oldenborg in Itiner. T. S. ubi describitur; hodie Curco. Ejusce oppidi, quod sub Armeniæ regibus

κατάσχη, καὶ στόλον Ῥωμαϊκὸν τῷ λιμένι προσορ-
 μίσας φυλάττη μὲν τὴν Κύπρον, ἀπειρήγη δὲ καὶ
 τοὺς ἀπὸ Λογγιβαρδίας διὰ τῆς παραλίας τῆς ἀνα-
 τολῆς μέλλοντας εἶναι πρὸς αὐτὸν συμμάχους. Ταῦτα
 οὖν λογιζόμενος, αὐτὸς τοῦτο ἀνοικοδομήσαι καὶ
 τὸν λιμένα κατασχεῖν ἐβούλετο· πόλις γὰρ πρότερον
 οἷσα ἐρυμνοτάτη τὸ Κούρικον ἐν ὑστέροις ἐφθασεν
 ἐρεπωθῆναι χρόνοις. Ὁ δὲ γε αὐτοκράτωρ ταῦτα
 προμηθευσάμενος καὶ τὰς ἐπινοίας αὐτοῦ προκατα-
 λαβῶν, πέμπει τὸν ἐκτομίαν Εὐστάθιον ἀπὸ τῆς τοῦ
 κανικλείου ἀξίας (79) μέγαν δρουγγάριον τοῦ στόλου
 προχειρισάμενος, ἐπισκήψας αὐτῷ σπεῦσαι καταλα-
 βεῖν τὸ Κούρικον, καὶ δικτάχους ἀνοικοδομήσαι τε
 αὐτὸ καὶ τὸ κάστρον Σελεύκειαν (80), στάδια ἐξ
 τούτου ἀφισταμένην, καὶ δύναμιν ἀποχρῶσαν κατα-
 λιπεῖν ἐν αὐτοῖς, δοῦκα δὲ προχειρίσασθαι Στρατή-
 γιον τὸν Στραβὸν, ἄνδρα μικρὸν μὲν τῷ σώματι,
 ταῖς δὲ πολεμικαῖς ἐμπειρίαις πολὺν τῆ καὶ μέγι-
 στον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν λιμένα στόλον ἱκανὸν προσ-
 ορμίσαι καὶ παραγγεῖλαι ἐγρηγορέναι καὶ ἐνε-
 δρεῦειν τοὺς ἐπὶ Λογγιβαρδίας εἰς τὴν ἀρωγὴν τοῦ
 Βαϊμόντου ἐρχομένους, ἐπαρήγειν δὲ καὶ τῷ
 Κύπρῳ. Ἐξελθὼν οὖν ὁ ῥηθεὶς δρουγγάριος τοῦ
 στόλου καὶ προκαταλαβῶν τὰ τοῦ Βαϊμόντου δια-
 νοήματα, ἀνεγείρει μὲν αὐτὸ καὶ εἰς τὴν προτέραν
 ἀποκαθιστᾷ κατάστασιν. Παραχρῆμα δὲ καὶ τὴν
 Σελεύκειαν οἰκοδομήσας καὶ κατοχυρώσας διὰ τά-
 φρων γυρόθεν δυνάμεις τὰς ἱκανὰς ἐν ἀμφοτέροις
 καταλιπὼν μετὰ τοῦ δουκὸς Στρατηγίου κατελθὼν
 εἰς τὸν λιμένα καὶ στόλον ἀποχρῶντα ἐν αὐτῷ κα-

A fieri facile - posse ut imperator consilium caperet
 preoccupandi Curici, oppidi olim munitissimi, po-
 stea destructi. Erat ibi portus capax Romanæ classi
 capiendæ, opportune imminens, tum in tutelam
 Cypri, tum in maris custodiam ea parte qua cursus
 est necessarius Longobardicis navibus auxilia Bai-
 mundo portaturis. His de causis decreverat Bai-
 mundus reedificare quamprimum urbem Curicum,
 portumque ejus occupare: quo et illa quæ memo-
 ravimus tanta ejus consilii commoda imperatori
 eriperet; sibi adjungeret, et quæ inde damna me-
 tuebat si præverteretur a Romanis, non solum
 evitaret, sed etiam in opportunitates nocendi hosti-
 bus verteret. Cum autem non minus cogitationes
 Bajmundi quam rei momenta ipsius imperator
 perspiceret penitus, opus maturato credidit. Non
 enim aliter nostrum artificemque adversarium posse
 prohiberi a quæstioso incepto rei non difficillimæ
 nisi improvisa diligentia **338** prævertatur. Mittit
 igitur extemplo Eustathium eunuchum e Caniclei
 præfecto magnum classis drungarium creatum,
 datis ei mandatis ut properaret occupare Curicum
 et in integrum restituere: neque id modo, sed ar-
 cem quoque Seleuciam sex stadiis a Curico distan-
 tem, novis munitionibus circumdaret, tum impo-
 sito idoneo præsidio ducem loco præficeret Strate-
 gium Strabum, pusilla quidem statura virum; sed
 ingentis in rebus bellicis gloriæ: ad hæc naves
 bellicas idoneo numero in portum induceret, insi-
 diaturas Latinis navibus quæ ab Apulia commea-

Varie lectiones ex cod. Coislin.

* τῆν. Lige τῆ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

munitissimum fuisse testantur scriptores, dominus
 fuit Aithonus, auctor *Hist. Orientalis*, sub. a. 1305,
 pater, ni fallor, Ossini comitis Curchi, qui Leone IV
 Armeniæ rege **378** imperante florebat. Vide Odo-
 ricum Ruyald. an. 1322, n. 33 et 46, et Jose-
 phum Barbarum in *Itiner. Persic.* pag. 461.

(79) Τοῦ κανικλείου ἀξίας. Ὁ ἐπὶ κανικλείου
 dictus, penes quem erat vas, in quo asservabatur
 sacrum encaustum, quo imperatores diplomata vel
 epistolas subseribebant. Anastasius Bibliothecarius
 ad act. 10 octavæ synodi: *Præpositus caniculi*
apud Græcos est qui curam et custodiam gerit ca-
niculi, id est, atramentarii, ex quo imperator sæni-
ceas litteras scribit in chartis. Ita vero dictum κανι-
 κλειον, quod caniculi formam effigiemque præ se
 ferret, nisi supra observatum ad. pag. 62. Hujus
 dignitatis crebra est mentio apud scriptores Byzan-
 tinos, apud Scylitzem in Michaele Rhang. et Con-
 stantino Leonis F. Zonaram in Theophilo, Leonem
 Grammatic. in Constantino, Nicetam in Man. lib. 1,
 n. 3, in Alex. Man. F. n. 18; in Alex. Aug. lib. 11,
 n. 4; Acropol. cap. 79; et Codin. *De orig. CP.*
 pag. 52 edit. Reg. et lib. *De offic.* Exstat, inquit
 Seldenus lib. *De titul. honor.* part. 1. cap. 6, n. 6,
 in bibliotheca regis Christianis: Ἰωάννου τοῦ Κα-
 ματῆρου τοῦ ἐπὶ κανικλείου περὶ τῆς οὐρανίας τῶν
 ἀστέρων διαθέσεως ἐν συνόψει, διὰ στίχων ἰαμβικῶν,
 πρὸς τὸν βασιλέα τὸν πορφυρογέννητον. Codice
 nempe 149 et 559. Κανικλείων dicitur Gregentio
 in *Disputat.* pag. 201. Κανικλής Leoni Gramma-
 tico, pag. 461, 491. *Caniclinus*, Tyrio lib. xxii,
 cap. 6, et Gunthero lib. viii *Ligur.* Nec diversus fuit
 ὁ ἐπὶ κανικλείου ἢ Logotheta, penes quem auctor

est Nicetas in Man. lib. iv, n. 4 fuisse vas illud
 Purpuramentarium, gemmis et auro distinctum, in
 quo scilicet asservabatur encaustum, quo Aureas
 Bullas obsignatas et subscriptas testatur Codinus,
De offic. cap. 5, n. 18, quo Nicetæ loco Codex Bar-
 baro-Græcus habet, Χρυσόβουλλον μετὰ λίθων λαμ-
 πρῶν, hoc est Bullarium, seu typum sigillarium.
 quo Bullæ ipsæ imprimebantur; unde colligitur, et
encaustarium, et *bullarium* penes logothetam fuisse.
 Id præterea observo ex Leone Grammatico et Sey-
 litze scribentibus in Michaele, Bardam, Theoctisto
 logotheta extincto, Caniclei dignitatem in se trans-
 tulisse, hoc est, logothetæ dromi, qua functus
 fuerat Theoctistus, ad quam, officii jure, Aureæ
 Bullæ subscriptio spectabat. Unde recte Radevicus,
De gest. Frid. lib. iii, *caniclinum*; Nicetas vero in
 Man. lib. vii, n. 4, logothetam, *cancellarium* inter-
 pretantur. Quippe penes cancellarium atramentarii
 regii cura exstitit; concilium Duziacense 1, parte
 ii, cap. 33: *Ego autem jussi Odonem ire ad can-*
cellarium regis, et accipere ab illo pergamenum, et
atramentarium, et scribere illum cito. Atque ex his
 emendandus Rogerus Hoved. pag. 596: *Qui fuerat*
cancellarius imperatoris, quem Græci vocant Laucete.
 Legendum enim *Logothetam*. Sed et videtur idem
 fuisse cum *protosecretis* in viii synodo, act. 10: Τὸ
 δὲ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γεγραφότος Χριστοφόρου
 Πρωτασηκρήτου καὶ ἐπὶ κανικλείου. Vide præterea
 Cujac. ad leg. 2 Cod. de petit. bonor. subl. lib. x:
 Meurs. in Gloss. Greiser. et Covrum ad Codi-
 num.

(80) Σελεύκειαν. De hac urbe, præter Geogra-
 phos, consulendus Guibertus lib. vi, cap. 16.

rent ad Baimundum : simul etiam invigilaturas custodiae Cypri. Hæc omnia plane uti jussus fuerat executus Eustathius Constantinopolim se retulit, amplam ibi ob eam rem feliciter fideliterque confectam, ab imperatore laudem et merita præmia consecutus.

Et hæc quidem de Curico. Evoluta hinc anno certior factus Imperator parari Genuensem classem in auxilium Francorum, sensit statim non mediocri periculi rem esse, nec ab Genuensibus minora Romano imperio damna quam a Pisanis merito timenda. Ergo ut illi occurreret Cantacuzenum cum idoneis copiis per continentem mituit; mari vero Lantulphum cum valide armata classe festinare jussit ad præoccupanda insidiis loca depressiora, unde in transituram illac Genuensem classem, victorem ex tuto impetum facere posset. Ivi mature Lantulphus quo imperatum erat : cæterum sapientis incepti successum vis major interceptit. Procella gravis et supra quamvis validarum navium firmitatem vehemens incubuit in classem tam sæva tamque ineluctabili vi ut pleræque naves frangerentur utique : quas ideo subductas in terram linire pice ac crassamento, cæteraque resarcire cura ejus generis necesse fuit. Hæc vice rerum Cantacuzeno indicium defertur, classem adventare Genuensem. Hoc ille accepto, auctor est Lantulpho, ut cum navibus octodecim quas habebat solas in mari, cæteris refectionis necessitate subductis in terram, subsideret juxta mandatum imperatoris circa Promontorium Malei, immineretque inde in occasionem aggreddendarum ex tuto, si res et occasio ferret, mox transitarum Genuensium navium. Sin ei in præsentis conspectu classis hostilis aliud suaderet sua paucitas et conscientia infirmitatis, certe receptum salutarem suis exiguis copiis tuto perficeret, classe tota Coronem deportanda, quo certus, et nulla vi hostili prohiberi facilis, tali locorum situ cursus erat. Acquievit consilio Lantulphus; sed cum admotis Genuensibus, plures eos longe validioresque cerneret, quam ut capessere cum spe aliqua **339** pugnam contra ipsos posset, Coronem ut constitutum erat, se recipit. Cantacuzenus cura, quantam maximam debuit in classem Romanam collata, ut impune in terram expositos Genuenses didicit, quod unum supererat, expeditit se ac suos ad eos insequendos. Quos ubi assequi non potuit, Laodiceam deflexit, toto illic conatu bellum cum Baimundo gesturus. Ac primo quidem impetu portum occupavit; deinde arcem aggressus continuata per noctem et diem oppugnatione, frustra fuit tamen, et sæpissime assultu tentato, repulsus est toties. Expertus quin etiam pacatas artes, et demereri colloquio conatus Gallos, non

ταλιπών κατὰ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος εἰσηγήσεις ἐπαναξεύγνυσι πρὸς τὴν μεγαλόπολιν, καὶ μεγάλως παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπαινεθεὶς δαψιλῶς περιλοσίμηται. Ἄλλὰ τὰυτὰ μὲν τὰ κατὰ τὸ Κούρικον.

Μετὰ δὲ παραδρομὴν ἐνιαυτοῦ ἀνιμαθῶν ὁ βασιλεὺς ὅτι καὶ Γενούσιος ¹⁰ στόλος (81) εἰς συμμαχίαν τῶν Φράγγων ἐξελεῖν ἐτοιμάζεται. στοχαζόμενος ὅτι οὐ μικρὰς βλάβης καὶ παραίτιας αὐτοῖς ¹¹ τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ ἔσονται, τὴν μὲν Καντακουζηνὸν διὰ τῆς ἡπείρου μετὰ ἀποχρώσεως δυνάμεως, τὸν δὲ Λαντοῦλφον γοργῶς ἐξοπλίσας μετὰ στόλου διὰ θαλάττης ἀπέστειλε, παρακαλευσάμενος αὐτῷ τὸ τάχος καταλαβεῖν τὰ κατώτερα, ἐφ' ᾧ τὴν μετὰ τῶν Γενουσίων ἐκεῖσε διερχομένων ἀναδέξασθαι πόλεμον. Τούτων ἀπελθόντων ἐνθα καὶ προσετέχθησαν, χειμῶν βαρῦς ἐπιγέγονε καὶ ἀφόρητος, ὑφ' οὗ καὶ πολλὰς τῶν νεῶν συνέβη διαθραυσθῆναι, ἄσπερ πάλιν πρὸς τὴν χέρσον ἐξελεύσαντες, ἐπιμελῶς τὴν διὰ τῆς ὑγρᾶς πίσεως ἐπίχρησι ταύταις ἐπέφερον. Τηνικαῦτα δὲ καὶ ὁ Καντακουζηνὸς τὸν τῶν Γενουσίων στόλον περὶ τὰ κατώτερα διαπλέοντα ἐγγύς που εἶναι μέμαθηκώς ὑποτίθεται τῷ Λαντοῦλφῳ ὀκτωκαίδεκα ναῦς ἀναλαβεῖσθαι (τοσούτας γὰρ μόνας συνέβη τῷ τότε ἀποπλέειν τῶν ἄλλων ἐξελευσθεισῶν τῆς θαλάσσης), καὶ ἀπελθόντα κατὰ τὸ ἀκρωτήριον τοῦ Μαλέου προσοκείλαι αὐτὰς κατὰ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος ὑποθήκας, καὶ διερχομένων τῶν Γενουσίων εἰ μὲν τὸν μετ' αὐτῶν ἀποθάρροισι ¹² πόλεμον, εὐθύς τὴν μετ' αὐτῶν ἀναδέξασθαι μάχην· εἰ δ' οὐ τὴν σωτηρίαν ἑαυτῷ καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὸν νηυσὶ σὺν αὐτοῖς πλωτήρσιν εἰς Κορώνην προσοκείλαντι, περιποιήσασθαι. Ὁ δὲ ἀπελθὼν καὶ τὸν πολὺν στόλον τῶν Γενουσίων ¹³ θεασάμενος καὶ ἀπαγορεύσας τὴν μετ' αὐτῶν μάχην, θάττον τὴν Κορώνην κατέλαβεν. Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς τὸν ὅλον Ῥωμαϊκὸν στόλον ὡς ἔδει περιποιησάμενος, καὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ ἐκεῖσε συναγαγὼν, ὡς εἶχε τάχους κατόπιν τῶν Γενουσίων ἐδίωκε. Μὴ ἐφθακῶς δὲ τὴν Λαοδικεῖαν κατέλαβε, σπεύδων πρὸς τοὺς μετὰ τοῦ Βαζιμούντου πολεμήσαι ὄλη γνώμη, καὶ χειρὶ ἀποδύεσθαι. Καὶ μέντοι τοῦ ἔργου ἀψάμενος, τὸν λιμένα κατέλαβε καὶ διὰ πάσης νυκτὸς καὶ ἡμέρας τῆς τειχομαχίας οὐκ ἀφίστατο· ὡς δ' ἀπρακτοῦ τοῦ λοιποῦ ¹⁴ ἔμενε μυριάκις μὲν προσθαλῶν, τοσζυτάκις δ' ἀποτυχῶν· καὶ πῆ μὲν ὑποποιούμενος τοὺς Κελτοὺς οὐκ ἐπειθε, πῆ δὲ μαχόμενος ἀπετύγχανε. Τειχίον τι διὰ ξηρῶν λίθων κυκλωτέρως δειμάμενος ἀναμεταξὺ τῆς ψάμμου καὶ τῶν τειχῶν Λαοδικεῖας ἐν τρισὶ νυκθημέροις κάκτοτε ὡς ἔρεισμα τοῦτο κτησάμενος ἕτερον πολίχνηιον δι' ἐγχορήγου ὕλης ἐντὸς τούτου θάττον ἀνήγειρεν, ἐν' ἐντεῦθεν ὡς ἐξ ὀρμητηρίου τινὸς γεν-

Variae lectiones ex cod. Coislin.

¹⁰ Θνούσιος. Sic semper. ¹¹ Deest vox αὐτοί. ¹² θαρρόισι. ¹³ Θνούσιων. Sic semper. ¹⁴ λοιποῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(81) Γενούσιος στόλος. Will, Tyrinus l. b. x, cap. 23.

ναιότερον τῆς τειχομαχίας ἀντέχοιτο. Ἄλλὰ καὶ πύργους δύο διὰ τοῦ στομίου τοῦ λιμένος ἐφ' ἑκάτερα ἰσοδομήσας ἄλυσιν σιδηρᾶν διαμπερὲς τούτων εἰσελάσας δι' αὐτοῦ ἀπετάφρευε τὰς ἰσως ἐλπίζομένας εἰς βοήθειαν τῶν Κελτῶν ἐκ θαλάττης ναῦς. Ἐν ταῦθα ¹⁸ δὲ καὶ πολλὰ τῶν περὶ θάλατταν πολιχνίων κητέσχετό τε Ἀργυρόκαστρον καλούμενον, τὸ Μαρχάπιν (82), τὰ Γάβαλα (83), καὶ ἄλλ' ἅττα, μέχρις αὐτῶν συνόρων Τριπόλεως ἐφθακῶς, ἅπερ πρότερον μὲν φόρους τοῖς Σαρακηνοῖς ἐδίδου. Ἐν ὑστέροις δὲ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος πολλοῖς ἰδρῶσι καὶ πόνοις τῇ Ῥωμαίων ἐπανασώθησαν.

Importanti quandoque navalis auxilii, duæ ad ostium interque ipsas catena ferrea suspensa, quæ facile prohiberet omnem Gallicarum navium appulsum. Interim et alia maritimæ illius oræ occupata oppida, Argyrocastrum, Marapis, Gabala, et quæ hinc interjacent ad confinia Tripolis. Hæc tot loca prius tributaria Saracenis, multis tum sudoribus laboribusque Romano imperio restituta sunt.

Ὁ μὲν τοι βασιλεὺς δέον λογισάμενος καὶ ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς ξηρᾶς πολιορκῆσαι τὴν Λαοδικεῖαν, γινώσκων ἐκ μακροῦ τὴν δεινὴν Βαῖμουῦντον καὶ τὰς αὐτοῦ μηχανάς, ὅπως ἐκεῖνος δεξιὸς ἦθος ἀνθρώπου ἐν βραχεὶ καταμαθεῖν καὶ τῆς αὐτοῦ δουραῶς καὶ ἀποστατικῆς γνώμης κατάληψιν ¹⁹ ἀκριβῆ ἔχων, τὸν Μοναστρᾶν μετακαλεσάμενος μετὰ ἀποχρώσεως δυνάμεως διὰ τῆς ἠπείρου ἀπέστειλεν, ὥστε ἐν ταύτῃ, τὸν μὲν Καντακουζηνὸν ἐκ θαλάττης, αὐτὸν δὲ ἐκ τοῦ μέρους τῆς ἠπείρου πολιορκεῖν τὴν Λαοδικεῖαν. Ἄλλ' ὁ Καντακουζηνὸς πρὸ τοῦ τὸν Μοναστρᾶν ἐφθακῆναι, τὸν λιμένα καὶ τὸ κάστρον αὐτὸ κητέσχε. Τὴν μὲν τοι ἀκρόπολιν, ἅπερ Κουλαῖ νῦν ἡ συνήθεια καλεῖν ἐβωθεν, ἔτι Κελτοὶ κατεῖχον πεζοὶ πεντακόσιοι καὶ ἵππεῖς ἑκατόν. Τούτων οὖν τῶν πολιχνίων τὴν κατάσχεσιν ὁ Βαῖμουῦντος ἀκηκῶς, μεμαθηκῶς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ φυλάσσοντός κόμητος (84) τὴν τῆς Λαοδικεῖας ἀκρόπολιν ὅτι ἐπιδεῆς ἐστὶ χορτάσμάτων, μετὰ τῶν ὅπ' αὐτὸν δυνάμεων πασσῶν, τοῦ τε ἀνεψιοῦ αὐτοῦ Ταγγρῆ καὶ τοῦ Σαγγέλη ἐνωθεὶς καὶ βρώσιμα παντοῖα ἐπισυνάξας ἐν ἡμίονοις, καὶ τὴν Λαοδικεῖαν καταλαβὼν, τὰ μὲν χορτάσματα θάττον

A plus tractatione tranquilla, quam infesta vi profecit. Ergo cum aliud in præsens non posset, macciam ex rudi saxo circulari forma molitus est in intervallo quod litus inter et Laodiceæ muros interjacet. Triduo perfectum id opus stetit. Deinde intra illum ambitum arcem extruxit ex aliunde importata materia. Celeriter hæc quoque surrexit moles, in præcipuum Laodicensis oppugnationis usum. Hinc enim tanquam ex tuto receptaculo erupturi assidue valentius ad fatigandam longa belli constantia obsessorum tolerantiam Romani videbantur. Sed et ne ipsis spes a mari blandiretur portus excitatæ in prospectu mutuo turres sunt interque ipsas catena ferrea suspensa, quæ facile prohiberet omnem Gallicarum navium appulsum. Interim et alia maritimæ illius oræ occupata oppida, Argyrocastrum, Marapis, Gabala, et quæ hinc interjacent ad confinia Tripolis. Hæc tot loca prius tributaria Saracenis, multis tum sudoribus laboribusque Romano imperio restituta sunt.

B Imperator his cognitis nequaquam satis arelatam Laodiceam existimans quandiu a maritima duntaxat parte obsideretur; quippe qui pro sua pernoscendorum hominum vel ex brevi aspectu solertia, simul acrem ad vim quamvis, simul astutum ad omnem fraudem rebellionisque ac perjurii plenissimum Baimundi nosset animum: Monastram accersitum cum justo exercitu terrestri per continentem eo destinavit cum mandatis, ut ex ea parte quæ sola Laodicensibus Gallis hactenus libera versus Mediterranea relicta fuerat, ipse castris positus strenue Cantacuzenum adjuvaret adverso ex loco contententem; sic enim spem esse ut contumacia rebellium undique circumventa frangeretur. Verum jam ante quam pervenisset eo Monastras, Cantacuzenus portum urbemque ipsam subegerat. Supererat arx sola usu vulgari Cula dicta, quam obtinebant Galli pedites quingenti, equites centum. At Baimundus, et fama tot arcium occupatarum, et litteris præfecti castro Laodicensi annonam equis hominibusque alendis deesse illic nuntiantibus, **340** de periculo rerum suarum ope maturata egentium admonitus,

Varie lectiones ex cod. Coislino.

¹⁸ ἐν ταύτῃ. ¹⁹ κατάληψιν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(82) *Μαρχάπιν*. Legendum *Μαρχάπιν*, est enim urbs maritima, vicina Maraebæ, Valenia, Gabulo, etc. quam *castrum Margath* vulgo vocant Jacobus de Vitriaco, lib. i, cap. 44; Tyrius, lib. vii, cap. 47; Sanutus, lib. iii, part. xiv, cap. 2; et Aithonius cap. 59. Describitur vero sat pluribus a Wilibrando ab Oldenborg in *Itiner.* pag. 150. Ejusce castri dominos datus in *Famil. Hieros.*

(83) *Γάβαλα*. *Gabulum*, urbs Coelesyrie maritima, a Laodicea 12 miliaribus distans, ut habent Jacobus de Vitriaco, lib. i, cap. 44; et Tyrius, lib. vii, cap. 47; lib. xiii, cap. 27; lib. xviii, cap. 4; lib. xx, cap. 19. *Gabala* dicitur Alderisio, pag. 193; **379** et in *Chronico Orient. Gebul*, Benjaminio Tadel. *Gavala*, in *Itiner. Hier.* et Arnoldo Lubre, lib. v, c. 3, *Gibellum*, Jacobo de Vitriaco, lib. i, cap. 99, *Gibellum*, *Gibel* eidem, et Roberto Mon. lib. viii, pag. 72; Tudehodo pag. 808; Alberto Aq. lib. v, cap. 54; lib. vi, cap. 55; Guiberto, lib. vi, cap. 21; *Zibellum*, Raimundo de Agiles, pag. 105, et Joanni Phocæ

D n. 7. *Zebel* eidem Anno, pag. 413, unde *Pelles Zebellinæ*, quod inde Marturiniæ pelles in Europam a mercatoribus inveherentur. Ex laudatis porro scriptoribus constat Gabuli obsidionem a duce Gothofredo et Flandrensi comite tentatam, posthæc omissam propter supervenientes Saracenos, ob idque cum principe civitatis inita scœdera. Proinde recte Anna dixit Saracenis ablatum ab Alexianis Gabulum, quod in Francorum jus nondum venerat. Est præterea in eodem tractu oppidum aliud *Gibellet*, seu *Gibelot* iisdem scriptoribus dictum, *Bybluc* olim appellatum, ejus dominium adeptus est Hugo Embriacus nobilis Genuensis. Gabulum vero, seu *Giabulensem urbem*, concessit postmodum Raimundus Rupini princeps Antiochenus Hospitalariis militibus, a quibus in recuperando principatu auxilium non mediocre submissum fuerat, ut est in Tabulario Manoscensi in Provincia.

(84) *Κόμητος*. Fuit ea tempestate Laodiceæ comes Martinus. Aibert. Aq. lib. vi, cap. 44.

congregatis confestim omnibus suis copiis, iisque præterea quæ Tancredo ipsius nepoti proprie parebant, et quæ Sangelis fuerant, in unum secum corpus exercitus coactis, proficiscitur cum ipsis Laodiceam: com meatuumque omnis generis ingentem collectam et mulis impositam copiam in arcem Culam importat. Id quo modo quoque ordine perfecit paulo jam distinctius exsequar. Cum pervenisset prope castra Romana Cantacuzeni colloquium expetivit, nec recusanti: *Quanam, inquit, quæso, spe quove consilio ad has molitiones et substructiones arcium mentem appulisti? Cui Cantacuzenus: Nempe, ait, tute scis recepisse vos imperatori et solemni juramento confirmasse, quando ei servitutem atque obsequium estis professi, reddituros ei aut ab ipso missis ducibus cum fide urbes quascunque imperio prius subditas de Barbaris caperetis; quæ religio eatenus etiam valuit ut hanc ipsam Laodiceam cederetis nobis, quoad te pœnitentia recte facti cepit, et contra, non solum officium prius obligatæ fidei, sed etiam jus pacis deinde usurpatæ cultæque Laodiceam sub ditionem tuam armis injustis retraxisti. Quid me igitur facere censes oportere, qui huc obtinendæ a vobis pacifice juxta pacta conventa Laodiceæ spe ac consilio veneram? desiderens otiosum, an reverti cum tot copiis irritum? Mihi quidem verius videtur quod juri negatis vi repetere. Ad hæc contra Baimundus: Pecuniane an ferro quas dicis arces recepturus a nobis venis? Cui Cantacuzenus: Pecunia, inquit, impensa est in hos auctorandos armandosque qui me sequuntur, quorum virtutem in prælio senties. Exarsit ex frustrata cupiditate in impotentem iram Baimundus; et ubi hæc abrupte protulit: Atqui sic habe, ne unam quidem munitiunculam sine pecunia te a nobis recepturum, jussit statim suos equites recta in ipsas admoveri portas civitatis. Hi tametsi crebra nivis instar jaculatione Romanorum superne imminentium de muris urbis prius ab ipsis occupatæ, petiti acriter, et de cursu*

εισήγαγεν εἰς τὸ Κουλά. Μετὰ δὲ γε τοῦ Καντακουζηνού εἰς ὁμίλιαν ἐλθὼν, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἔφη· Τίνα σκοπὸν ἔχων πρὸς οἰκοδομὰς καὶ κτίσεις ἀπέβλεψας; Ὁ δὲ· Οἶδας δτι δουλείαν ὁμολογήσαντες τῷ αὐτοκράτορι καὶ τὰς παρ' ὑμῶν αἰρουμένας πόλεις ἐνωμότως παραδοῦναι κατέθεσθε. Εἶτα αὐτὸς καταψευσάμενος τῶν ὀρκίων, ἀθροίσας δὲ καὶ τὰς εἰρηνικὰς σπονδὰς καὶ ταυτηνὴ τὴν πόλιν ἐλὼν καὶ παραδοῦς ἡμῖν μεταγροῦς ἀθθις κατὰσχες, ὥστε μάτην αὐτὸς ἐνταυθοῖ παρεγενόμεν ἔπι τῷ τὰς παρ' ὑμῶν αἰρουμένας πόλεις ἀναλαμβάνεσθαι. Ὁ δὲ Βαϊμούντος· Διὰ χρημάτων ἢ διὰ σιδήρου ταῦτα ἐλπίζων ἐξ ἡμῶν λαμβάνειν ἤκεις; Ὁ δὲ· Τὰ χρήματα οἱ συννεφεπόμενοι ἡμῖν ἔλαβον, ἐπὶ τῷ ἐκθύμῳ ἀγωνίζεσθαι. Ὁ δὲ Βαϊμούντος, θυμοῦ πλησθεὶς ἔφη· Ἄτερ χρημάτων ἰσθιῶς οὐδὲ φροῦριον κατασχεῖν δυνηθῆς. Καὶ τηνικαῦτα τὰς ὑπ' αὐτὸν φάλαγγας παρέθηξεν μέχρις αὐτῶν πυλῶν τῆς πόλεως ἐξιππάσασθαι. Οἱ δὲ τοῦ Καντακουζηνού τὰ τεῖχη ττροῦντες δίκην νιφάδος τοῦς ὀστοῦς κατὰ τῶν τοῖς τεῖχεσι προσπελαζόντων Φράγγων ἐπαφέντες¹⁷ μικρὸν τι τούτους (α) ἀπώσαντο. Καὶ παραχρῆμα ὁ Βαϊμούντος συναγαγὼν ἅπαντας εἰσήλθεν ἐντὸς τῆς ἀκροπόλεως. Ὑποπεύσας δὲ τὸν φυλάσσοντα κόμητα μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν Κελτῶν, ἕτερον εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως ἐπέστησεν, ἐκείνους ἐκεῖθεν ἀπελάσας. Ἄμα δὲ καὶ τοῦς ἀγχοῦ τῶν τευχῶν ὄντας ἀμπελώνας ἤρειπωσεν, ὥστε μὴ ἐμποδῶν τοῖς ἱππάζεσθαι μέλλουσι καθεστᾶναι Λατίνοις. Ταῦτα μὲν οὕτω καταστήσας ἐκεῖθεν ἐξελθὼν τὴν Ἀντιόχου κατέλαβεν. Ὁ δὲ γε Καντακουζηνὸς οὐκ ἡμέλει παντοίως πολιορκῶν τε καὶ διὰ μυρίων μηχανῶν τε καὶ ἐπιχειρημάτων καὶ ἐλεπόλεων συνταράσων τοῦς ἐντὸς τῆς ἀκροπόλεως Λατίνους. Ἄλλὰ καὶ ὁ Μοναστρέ; διὰ τῆς ἡπείρου ἐρχόμενος, μετὰ τοῦ ἱππικοῦ φορσάτου παραλαμβάνει τὴν τε Λογγινιάδα (85) τὴν Ταρσὸν, τὴν Ἀδαναν (86), καὶ τὴν Μάμισταν (87), καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Κιλικίαν ἅπασαν.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

¹⁷ ἐπαφέντες.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(85) Λογγινιάδα. Longinias, Tarsus, Adana, Mamista, urbes Ciliciæ, quas Boemundo ab Alexianis ereptas intelligit auctor Gestor. Franc. exp. Hier. cap. 52. Longiniam, quæ Alberto Aqu. Longinach nuncupatur, regebat Bernardus, cognomento Extraneus, gente et familia, ni fallor, Anglica, cujus stemma delibavit in Aspilogia eruditus Spelmanus, aut etiam forte Gallica; nam et apud nos existat etiamnum pernobilis hæc appellatio.

(86) Ἀδαναν. De Adana, Ciliciæ urbe, quædam habent Scylitzes, pag. 656; Constant. lib. De Them. cap. 2; Zonaras, in Rom. Diog. pag. 226; Neetas, in Joan. Athena dicitur Tudebodo, pag. 784; Roberto mon. pag. 44; Guiberto, lib. iii, cap. 12; Adana Raimundo de Agiles, pag. 146; Adanam et Tarsum accurate describit Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. Vide Joseph. Barbarum in Itiner. Persie. pag. 461; Leuncl. Pand. n. 61, et Godefr. Henschenium in Vitam S. Theophili Vicedom. 4 Februar.

(87) Μάμισταν. Mamista, etiam Glycæ in Ni-

ceph. Phoca, et Raimundo de Agiles pag. 146, 151; Mamistra, Baldrico; lib. ii, pag. 100; Gausterio, De bell. Ant. an. 1115; Alberto Aqu. lib. iii, cap. 59; Tyrio, lib. iii, cap. 21; Malmistra, Sanuto, lib. ii, part. iv, cap. 26 (ubi totum hunc Ciliciæ tractum describit) et Benjamine Tudel. pag. 39; Massisa, Alderisio, part. v, clim. 5, eadem quæ olim Μοφουσατζία, ut auctor est Glycas. Perperam vero Manistere, pro Mamistere dicitur Willebrando, qui eam describit. Porro Tarsum, Mamistam, et alia Ciliciæ oppida, a Saracenis antea occupata, expugnantur Balduinus Gothofredi frater et Tancredus, ut pluribus narrant Albertus Aqu. Tudebodus, et alii locis citatis. Hæc postmodum Boemundus in Ciliciam profectus receperat, et custodes singulis imposuerat, ut habet Tyrius, lib. vii, cap. 2; Talleio illa Boemundo principi concedente, ut auctor est Raimundus de Agiles, pag. 146. Ast illa rursum in Græcorum potestatem redierunt Joanne imperante, qui iis Calamanum Hungarum consanguineum præfectum statuit, uti refert

(a) Hic desit ms. Florentinus.

paulisper dimoti sunt, pervicit tamen ad extremum Baimundi totas secum conjunctim copias eodem rapientis impetus longe vehementissimus, quo eluctans omnia facile in arcem penetravit. Ibi praefectum et praesidium sibi suspectum mutavit; tum suburbanum agrum impeditum vineis, earum excisione, quod sic ad usum belli utile rebatur, purum et equitabilem effecit; sicque se Antiochiam retulit. Nihilò segnius Cantacuzenus propositum urgere, in eo totus defixus, nullique ad hoc curae ac contentioni parcens, quo Laodiceam arcem a Latinis inessam machinarum, artium, cocatuum omnis generis admotione ac frequentatione nunquam intermissa subigeret. Sed et Monastras a continenti equestri exercitu bellum circumferebat successibus magnis. Nam Longinadem, Tarsum, Adaniam, Mamistam, verho dicam, totam Ciliciam occupaverat.

· Πρὸς δὲ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος ἀπειλὰς ὁ Βαϊμοῦντος ἄδελφός τις, καὶ μὴ ἔχων ὅ τι καὶ χρῆσαιτο πρὸς ἀμύνην· οὔτε γὰρ κατ' ἡπειρον εἶχε στρατεύματα, οὔτε κατὰ θάλατταν στόλον. Ἐκατέρωθεν γὰρ αὐτῷ ὁ κίνδυνος ἐπικρέματο· μηχανᾶται τι τοιοῦτον, σφόδρα μὲν ἀγεννῆς, σφόδρα δὲ πανουργότατον. Πρῶτον γὰρ τὴν Ἀντιόχου πόλιν καταλείψας τῷ τοῦ μαρκέση Ταγγρέ (88) καὶ τούτου ἀδελφιδῷ, αὐτὸς ἀπανταχόθεν φήμας πέμπει περὶ ἑαυτοῦ, ὡς ἄρα ὁ Βαϊμοῦντος ἀποτεθνήκει, καὶ ζῶν ἔτι ὡς περὶ κατοικομένου αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην διέθετο. Καὶ ἡ φήμη διέτρεχεν ἀπανταχῆ πτερώων ταχύτερα, καὶ τὸν Βαϊμοῦντον νεκρὸν ἐκήρυττε. Καὶ ὅτῃα ὡς ἑώρα τῆς ¹⁸ φήμης ἀποχρόντως ἔχειν, λάρναξ (89) τὸ ἐντεῦθεν ξυλίνη καὶ ναῦς διήρης ἐν ἧ καταθεμένη ἡ λάρναξ καὶ ὁ ἔμπρους οὗτος νεκρὸς ἀπὸ τοῦ Σουδεῖ, ὅπερ ^B ἐστὶ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίγειον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπέπλει, καὶ διαπόντιος ὡς νεκρὸς ἐχομίζετο· τῷ ¹⁹ μὲν ἔξωθεν νεκρὸς καὶ τῇ σορῷ καὶ τοῖς τῶν ἀμφ' αὐτὸν σχήμασιν. Ἡ ²⁰ γὰρ ἑκασταχοῦ γινόμενοι, ἀπὸ τῶν τε τὰς τρίχας οἱ Βάρβαροι καὶ σαφῶς ἀνωλόλοζον· τὰ δὲ ἔνδον ἐκεῖνος ἐκτάδην κείμενος μέχρι τούτων νεκρὸς ἦν· τὰ δ' ἄλλα εἰσέπνει τε τὸν ἀέρα καὶ ἀπέπνει· διὰ τινῶν κρυφίων ὁπῶν. Ταῦτα μὲν ἐν τοῖς παραλίοις. Ἐπειδὴν δὲ κατὰ

Variae lectiones ex cod. Coislin.

¹⁸ τὰ τῆς. ¹⁹ τὰ. ²⁰ καί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Tyrius, lib. xiv, cap. 24; lib. xix, cap. 9; et Nicetas in Joan. n. 6, unde Mamistrensis dux appellatur in epistolis aliquot, quæ exstant in *Gest. Dei*, etc. pag. 1182, et tom. IV, *Hist. Franc.* pag. 695 et 701. Fuit autem Calamanus filius Boritii, Calamani Hungaricæ regis nothi, cujus mentio apud est Thwroc. part. II, cap. 61. Vide Not. ad Cinciamum.

(88) Τῷ τοῦ μαρκέση Ταγγρέ. **380** Boemundus de captivitate post biennium redux, ut habet Albertus Aqu. lib. ix, cap. 16, seu quadriennium, ut Tyrius, lib. x, cap. 25, dum de advenâ Italia et Gallia cogitat, Tancredus ex sorore nepoti Antiochiam tuendam committit. Fulcherius, lib. II, cap. 25; Tyrius, lib. II, cap. 1. Tancredus sororis Boemundi filius dicitur Alberto Aq. lib. II, cap. 19; Marchisi filius Tadebodo, lib. I et 2; Odonis Boni Marchisi filius Orderico lib. VIII, pag. 717; et lib. IX, pag. 724, cui quidem Odo Bonus Marchisus, Sororius Willelmi de Crentemaisnil nuncupatur eidem Orderico, lib. VII, p. 643. Idemque ille est qui subscribit Diploma Rogerii Siciliæ comitis an. 1093, pro fundatione Ecclesiæ Scyllacensis, apud Ughellum, tom. IX *Ital. sacræ*, pag. 593. Duxerat autem Willelmus Wiscardi filiam, ut supra a nobis indicatum. Falluntur igitur qui Tancredum ejusdem Willelmi filium faciunt, aut Wiscardi ipsius, ut Povedenus, pag. 710. Vide infra,

A Admovit Baimundo terrorem ea res, jam ex his documentis sentienti quam non secure nimis spernere imperatoris minus expediret. **341** Sane circumspectanti se, haud satis explicatæ apparebant rerum et summæ belli rationes. Deficere sibi videbat terrestrem simul et maritimum exercitum, cum imprimis opus utroque esset ad arcendum utrimque ingruens periculum. Ergo ut his se angustiis evolveret, consilium inil illiberale magis an versutum non facile dixerim. Primum commendata marchisi filio Tancredo Antiochiæ custodia, famam spargi omnem in partem curat, Baimundum obiisse. Mussabat ipse interim dum late is rumor manans locum secuturis pararet fraudibus. Nec famæ solita strenuitas, nec voto simulati mortui credulitas hominum defuit. Ubi satis vulgatum et persuasum est vixisse Baimundum, producitur ecce mortualis arca lignea, foeta spirante mortuo; et in navale Antiochiæ, Sudei vocatum, desertur in biremem componenda mox Romam versus soluturam. Respondebat exacte fabulæ scena. Ornata navis apparatu funebri, sarcophagus in loco conspicuo, mœsta et atrata circum omnia stromatis pullis; tum circumfusi familiares barbaro ejulatu lamentantes dominum, comamque vellentes. Nec intus

C pag. 366, et *Familias nostras Normannicas*

(89) Λάρναξ. De hoc Boemundi stratagemate, et ut de illo mortuo in vulgus fama sparsa sit, silent nostri, attigerunt vero Zonaras et Glycas ab Anna mutuati. Sed nec etiam videtur probabile Boemundum in sarcophago inclusum, ut mortuum, Antiochia excessisse, quæ nullis premebatur ingruentibus hostibus; nisi forte id tentaverit, ne, qua ille in Italiam vehendus erat, navis ab Alexiana classe impeteretur, a qua forte commeatus impetratus fuerat a suis, specie efferendi Boemundi cadaveris in Italiam, ibique avito tumulo reguendū. Arte simili expugnatum ab Alamannis Casinense castrum tradit Mathæus Paris, an. 1239: *Per excogitationem qua se mortuum simulavit; in feretro in ilium delatus, castra monachorum subito occupavit.* Eodem stratagemate usum Tancredum Siciliæ regem videtur innuere Joannes monachus in *Chronico Ceccanensi*, an. 1192.

D *Rex Capuam venit, feretro se ponere fecit, Et dux multorum lecto desertur equorum.*

Eodem denique dolo, Hastingsus Normannus episcopus, a quo baptizatus fuerat, sefellit, apud Math. Westmonastericensem an. 887. Vide Guillel. Apul. lib. II, *De gest. Norman.* pag. 17, 18, et Othouem Frising lib. I *De gest. Frid.* cap. 33.

ipse artifex, si curiosius quis introspiceret, loculo deerat, extensus supine, nec nisi cæcis meatibus occultorum foraminum spiritum ducens. Hæc ita ostentata quandiu in portu, aut non longè ab ora littorali navis fuit; ubi altum tenuit, laxata simulationis coactio est in curam vivi sepulti. Tamen ubi cibis appositis se is quasi furtim refecerat, præstigiæ iterum, et jussæ lacrymæ, mendacesque nœniæ ludebantur. Quin etiam ne iudicium foetoris ad fidem elati deesset cadaveris, corpus extincti gallinacæi capulo inditur: quo putorem inhalante, fucus videlicet eo jam minus dubitabilis fiebat animis, ærumna miserarum ac damno narium: quas si quisque astantium ictus mephibi avertere obstrucereque cogebatur, mirari licet improbam patientiam sentientis mortui, qui graviori e vicino afflatus aura putrescentis volueris, fructum quo dignus fuit, inventi sui præfari, tacite obdurans et inamote sustinens ferebat. Atque ego dum hæc reputo, facile arbitror haud alio ex documento cognosci posse certius, quam sint irrevocabiles impetus Barbarorum quamcumque semel in partem incubuerint. Ecce iste per quos et quot labores ultro susceptos vadit certus ad propositum, ut ne religii quidem in sortem ac societatem mortuorum corporum recuset, dum quod destinavit queat exsequi. Hæc prima et summa fuit hujus Barbari in perniciem haud dubiam imperii hujusce designata compositaque machinatio: cui parem nemo Græcus aut Barbarus tot bellis olim gestis excogitavit unquam suscepitve; sed nec puto in consequentem ætatem ejus exemplum posterorum ullius imitatione propagandum. Cæterum simul isto cûrsu Coryphum tenuit, jam quasi subductus in arcem suam atque in tuto positus excussit libitinam; **342** et e feralibus emicans latebris secure liber cælo luceque hauriendis affatim, interclusi modo spiritus inter angustias feretri, damna pensabat. Indigenæ concurrere ac mirari hospitem cultus insueti, specie vesteque peregrina; tum quæritare quod ei genus? quæ fortuna? quis, unde, quo iret? Ille pro familiari contumacia, neminem obviorum responso dignatus, ducem urbis dixit se alloqui cupere. Erat tum is Alexius quidam Armeniaci thematis, quem oblatum agens oculo superbo, nutuque ac sùpercilio plane in quam odiosissimum barbariei fastus specimen deformatis: *Fac, inquit, meis verbis imperatori Alexio nunties, adesse me illum, notum ipsi projecto, nisi dissimulet, et si satis meminerit cladum suarum, formidatum Baimundum Roberti filium. Qui quid manu, quid hasta, quid aggrediendi audacia, quid urgendi perseverantia valeat, satis experiri potuerit priori bello sibi suoque imperio luctuoso. Atque illum talem Dei singulari beneficio*

conferret. Nam et si æque poteret futurum haud
dubie sciret se voli compotem statim futurum; et
si quid obstinaret quod concedere non posset impe-
rator, tuto cum vellet libereque recessurum in
castra propria. Eos ad se venire certior factus
Baimundus, vereri cœpit ne ii, si reciperentur
in castra Gallica, miserum eorum statim anim-
adverterent facile, ac mox imperatori renun-
tiarent. Ergo illis obviam in equo prodiens,
longe a castris occurrentes audivit cum hæc im-
peratoris, prout erant jussi, nomine dicerent:
*Recordaris profecto promissionum et juramentorum
illorum quibus non tu solus, sed omnes quoque qui
tunc transiere comites vos obstrinxeratis nobis. Nunc
vero nisi dissimulas præsentem fortunam tuam, ex-
periris plane quam nunquam ulli recte cedat juris-
jurandi contempta religio. Sic inchoantes haud
docilis auditor carminum talium mature Baimundus
interpellans: Vos vero, inquit, si ab imperatore aliud
assertis, tempus est promere; nam horum quidem quæ
exorsi estis abunde est. Cui legati: Hæc, inquit,
imperator tibi per os nostrum loquitur. Scis plane quam
nihil conatu sumptuque contra me immenso profeceris;
401 quippe qui ne unam quidem Dyrrhachiensem
arcem totis annis viribus opibusque tuam facere
valueris, nec tibi tuorumve ulli fructum ullum la-
boris insani paraveris. Si jam igitur vel zero sapiens
supremum exitium tui tuorumque uno salubri con-
silio declinare vis, accede sis ad majestatem meam
quidque a me cupias exprome, auditurus a me vicis-
sim quid mihi videatur. Ac si quidem voluntates
nostræ conceniant, Deo gratias nulla mora pacis
erit. Sin minus, at te certe securum ac tutum in*

Variorum lectiones ex cod. Coislino.

⁴⁶ ἐθνῶν. ⁴⁷ τὴν πόλιν. ⁴⁸ διασωθήσονται. Lege διασωθήσονται.

castra remittam tua; tuorum vero quicumque adorandi sancti sepulcri desiderio tenebuntur, eos ego cunctos illo perducendos meo sumptu meorum ductu curabo; patriam autem cogitantes viatico instructos et donis cumulatos domum dimittam. Ad ea Balmundus: Nunc demum, inquit, sentio missos esse ad me ab imperatore viros idoneos ad mecum de re communi rite tractandum, mente illius referenda, meaque cognoscenda. Fidem igitur mihi plenam a vobis volo fieri, non contemptim excipiendum me quando ad Augustum veniam, verum ultra sex stadia occursuros mihi honoris causa familiares necessarioque ejus ac consanguineos intimos. Ubi autem eo pervenero ac limen Augustalis subiens attigero, imperatorem ipsum e regio solio resurrecturum mihi, sicque honorifice suscepturum nulla habita conventionum olim inter nos tractatarum ratione: nec juris id sibi sumpturum ut quoniam me illi aliquando subditum atque obnoxium professus sim, modo velit rationem exigere gestorum, examini que suo ac judicio subicere: sed potius in omnibus me habiturum pro homine meæ plane potestatis perfectæque libero, ac jus integrum habente agendi

A αὐτῶν ἀναχώρησιν ἐλῶνται, θαψιλῶν τῶν ἐξ ἐμοῦ ὄψεων ἀπολαύσαντες πρὸς τὰ οἴκοι ἀπολυθήσονται. Καὶ ὁ πρὸς αὐτούς: Νῦν ἔγνω ὄντως παρὰ τοῦ βασιλέως σταληναὶ ἀνδίας ἱκανοὺς εἰπεῖν τε λόγον καὶ δεξασθαι· αὐτῶν παρ' ὑμῶν πληροφορίαν λαβεῖν εἰς τὸ παρτελῆς μὴ ἀτίμως ὑποδεχθῆναι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος· ἀλλὰ πρὸ ἐξ σταδίων τοὺς γνησιωτάτους τῶν καθ' αἶμα προσωκειωμένων αὐτῶ τὴν ἐμὴν ποιήσασθαι προὔπαντησιν· περὶ δὲ τὴν βασιλικὴν σκηπὴν πελάσαντα ἅμα τῷ τὰς πύλας εἰσεῖναι καὶ αὐτὸν τῆς βασιλικῆς ἐξαρταστάντα περιωπῆς ἐντίμως με ὑποδέξασθαι, καὶ μὴ ὅ ἠντιναοῦν⁴⁹ ἀναφορὰν τῶν προγεγονυῶν συμφωνιῶν γεγονέναι μοι· ἢ ὅπως εἰς κρῖσιν ἀγαγέσθαι με. ἀλλ' ἐλεύθερον ἄδειαν ἔσχόντα⁵⁰ κατὰ τὸ ἐμοὶ βουλευτὸν εἰπεῖν ὅσα καὶ βούλομαι, πρὸς δὲ τοῦτοις καὶ τὸν βασιλέα τῆς ἐμῆς κρυπῆσαι χεῖρας, καὶ πρὸς τῇ κεφαλῇ (82) τῆς κληρῆς αὐτοῦ παραστῆσαι με, καὶ μετὰ δύο χλαμύδων (83) τὴν εἰσοδὸν ποιησάμενον μηδὲ ὅπως εἰς προσκίρησιν κάμψαι γόνυ ἢ τράχηλον τῷ αὐτοκράτορι. Τούτων ἀκούσαντες οἱ

Variae lectiones ex cod. Coislín.

⁴⁹ οἱαντιναοῦν. ⁵⁰ ἔχοντα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(82) Πρὸς τῇ κεφαλῇ. Vide Notata ad Cinnami, lib. II, n. 17, et Dissertat. XXVII, ad Joinvillam.

(83) Μετὰ δύο χλαμύδων. Interpres ad verbum, cum duplici chlamyde. At chlamys hoc loco sumitur pro milite sagato. Instabat porro Boemundus, ut sibi liceret in conspectum Alexii admitti in comitatu duorum militum, seu equitum, Galli dicerent, avec deux cottes d'armes; qua loquendi formula utitur Froissartes, IV vol. cap. 77: Car à la bataille de paravant, il avoit perdu trente-trois cottes d'armes de son lignage; hoc est, 33 milites, seu chevaliers, ex sua cognatione. Monstreletus, II vol. an. 1450: Et furent pris plusieurs autres capitaines, et gentilshommes Anglois portans cottes d'armes. Solis quippe militibus, vel saltem nobilibus, sagum militare deferre licebat. Unde Masuerus in Practica, tit. De talliis, n. 19, nobilitatis esse argumentum dixit, si ipse nobilis, et alii prædecessores sui, consueverant portare vestes en devise, id est, saga militaria armorum insignibus distincta, cujusmodi vulgo Franci nostri 397 loricati superinduebant. Quod vero ejusmodi sagis militaribus ab invicem discernerentur milites, et per ea innotescerent, cognitiones nostris cognossances, Anglis cognizance, vulgo saga ista appellabantur, quemadmodum Græcis δαίγματα dicebantur, signa clypeorum. Vegetius, lib. I, cap. 18, de militibus: Diversis coloribus diversa in scutis signa pingebant, ut ipsi nominant, δαίγματα, sicut etiam nunc moris est fieri. Oraculum Leonis imp. de Andronico Comneno tyranno, qui Agnetem Philippi regis Franciæ filiam uxorem duxerat:

Ὁ τῷ ξένῳ δαίγματι συγκεκραμένος.
Id est, ut monemus in Notis ad Cinnamum, qui familiæ extraneæ se commiscuit. Matthæus Paris. an. 1230: Cum viderent hostes Christi armis, vexillis, et cognitionibus picturatis, quas bene noverant, cum derisionibus superbire, ubi cognitiones picturatae sunt saga ipsa armis et insignibus distincta. Willelmus Brito, lib. II Philipp.

Quæque armaturæ vestis consueta supremo Serica, cuique facit certis distinctio notis.

C Willelmus Guiart in S. Ludovico, ubi de Manfredo Siculo rege occiso:

En la chace est Mainfroi tué,
Mes onc uns hom ne pot à dire
Pour certin qui le pot ocire,
Car le jour de celes nuisances
Porta estranges connoissances.

Id est, ea die qua cæsus est, Manfredus non suum ac solitum, sed alterius sagum induerat, ne agnosceretur. Et infra, ubi de Henrico Cosentino, qui Caroli regis arma induerat in prælio, in quo Conradus fusus est:

Et premerain pour le conduire
Est le prens Henri de Cosances,
Cel jour porta les connoissances
Du roy, parquoy plustost peri.

D Nam regibus, quoties in prælia procedoant, alesse solebant egregii et fortissimi milites, iisdem quibus ille, induti sagis, tum ut essent ad ejus custodiam in ipso prælio specialiter deputati, ut loquitur Rigordus an. 1215, ubi de pugna Bovlnensi, tum etiam ne in regem, si ex sago et insignibus singulariter agnosceretur, tota prælii vis incumberet. Idem Guiartus de Stephano de Longo Campo, uno ex iis qui Philippum Augustum in eo prælio comitabantur:

Tost après, ce dist la Chronique,
Fut d'un cop. qui li fut rué,
Estienne de Longchamp tué,
Qui le jour avoit fait merveilles,
Ses armes estoient pareilles,
A celles du roy proprement.

Quæ quidem de sago militari intelligenda sunt; nam alia hujus usus in nostrate Historia præstant exempla. Vide Dissertat. I ad Joinvillam.

ἀνωτέρω σηλωθέντες πρέσβεις, τὸ μὲν ἐξαναστῆναι τοῦ βασιλικοῦ θρόνου αὐτὸν οὐ προσεδέξαντο· ἀλλὰ καὶ ὡς περιττὴν τὴν αἰτησιν ἀπεπέμφαντο. Οὐ μόνον ἔξ τούτου ἀπεδοκίμασαν, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ κλίναί γόνυ μήτε τράχηλον εἰς προσκύνησιν τῷ βασιλεῖ. Πρὸς δὲ τὸ τίνας τῶν πορρωτέρω συγγενῶν αὐτοῦ μεταβῆναι· διάστημα ἰκανὸν καὶ οὕτως τούτων προσδέξασθαι πρὸς τὸν βασιλέα εἰσελευσόμενον χάριν οἰκονομίας καὶ θεραπείας τῆς πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς τὸ σὺν δυοῖν χλαμύσιν εἰσελθεῖν· ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ τῆς χειρὸς τούτου τὸν βασιλέα ἐφάψασθαι καὶ στῆσαι πρὸς τῷ ἄνωθεν μέρει τοῦ βασιλικοῦ σκίμποδος, οὐκ ἀπεπέμφαντο. Μετὰ τὸ ταῦτα ῥηθῆναι διέστησαν οἱ πρέσβεις ἀπελθόντες, ἐνθα ἡτοίμαστο ἡ τούτων ἀνάπαυσις, φυλαττόμενοι ὑπὸ σεργεντίων (84) ἑκατὸν, ἵνα μὴ νυκτὸς ἐξεληλυθότες, τὰ περὶ τὸ στρατεύμα κατασκοπήσαιεν, καὶ οὕτω καταφρονητικώτερον πρὸς αὐτὸν διατεθῆσονται. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν, μεθ' ἱππέων φριακασίων καὶ τῶν κομήτων πάντων κατέλθεν οὗτοι; *¹ δηλωθεῖσι ἀνδράσι τῇ προτεραίᾳ ὠμίλησε, καὶ οὕτως τοὺς ἐκκρίτους ἐξ τὸν ἀριθμὸν συμπαραλαβὼν, ἀπεισι πρὸς τοὺς πρέσβεις, τοὺς ὑπολοίπους αὐτοῦ που καταλιπὼν ἀπεκδέχεσθαι αὐτὸν ἐκεῖθεν ἐπανελθόντα. Περὶ γοῦν τῶν προλεχθέντων αὐθις διασκεπτομένων, ἐπεὶ ὁ Βαϊμοῦντος ἐνίστατο, κόμης τις τῶν λίαν ὀφηλῶν Οὐδὸς (85) τὴν κλήσιν πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον ἔφη, ὡς Οὐδεὶς ἀφ' ἡμῶν τῶν μελλόντων μετὰ τοῦ βασιλέως συνάψαι τὸν πόλεμον, οὐπω ἐπληξέ τινα διὰ δόρατος, ἔα τοίνυν τὰ πολλὰ, τὴν εἰρήνην (86) τῆς μάχης ἀλλάξασθαι *² χρή. Δόγων οὖν πολλῶν ἐξ ἑκατέρων κινήθων, βάρως ὁ Βαϊμοῦντος εἶχεν, ὕβρισθῶν εἰ μὴ πάντα γένοιτο ὅποσα φθάσας ἐπεζήτησε τοὺς πρέσβεις. Τῶν δ' ἐπί τισι συγκατατιθεμένων, ἐφ' ὧν δὲ ἀνανεούτων, πείθεται ὁ Βαϊμοῦντος, καὶ τὴν ἀνάγκην ὅφασι φιλοτιμίαν ποιησάμενος, ὄρκον ἐξ αὐτῶν ἐζήτησε ὥστε ἐντίμως ὑποδεχθῆναι, καὶ εἰ μὴ τοῖς θελήμασιν αὐτοῦ ὁ αὐτοκράτωρ ἀννεύσειεν, ἀσινῆς πρὸς τὴν ἰδίαν ἐκπεμφθῆναι παρεμβολήν. Τῶν οὖν ἀγίων Εὐαγγελίων προτεθέντων, ὁμήρους ἐζήτησε παραδοθῆναι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Γίδῳ καὶ φυλάττεσθαι παρ' αὐτοῦ μέχρις οὐ αὐτὸς ὑποστρέψοι. Οἱ δὲ πρέσβεις εἰς τοῦτο κατανεύσαντες, ὄρκους ἂν καὶ αὐτοὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ὁμήρων ἀσφαλείας ἀντεπέζητουν. Κατανευκῶς δὲ πρὸς τοῦτο ὁ Βαϊμοῦντος καὶ ὄρκους εὐδὸς καὶ λαβὼν, τοὺς μὲν ὁμήρους τὸν τε σεβαστὸν

Variae lectiones ex cod. Coislin.

*¹ οὐ τοῖς. *² ἀντιλέξασθαι.

Car. Dufresnii Du Caugii notæ.

(84) Σεργεντίων. Laudat hunc Annæ locum Cujacius ad l. 7, Cod. de jure fisci lib. x, ubi quos vulgo appellamus *sergeants* et *serians*, seu apparitores, a *Cæsaribus* deducit. Sed vox est pura puta Gallica, vel potius a Latio deducta, *servire*, nostris *servir*. Apparitores enim famuli sunt quodammodo judicum, cum eorum decreta exsequuntur; unde in edictis principum et regum nostrorum *servientes* dicuntur, qua appellatione indignantur etiam bellatores pedites, et milites infimi ordinis, quod equi-

loquendique quoa et quantum libuerit. Volo præterea spondeatis imperatorem arrepturum meam manum, et ad caput sui reclinatorii daturum mihi locum, bonique consulturum ut ego ad eum cum duabus chlamydibus ingrediens, nec genu flectam ei venerandi causa, nec collum inclinem. Ex his legati annuerunt quædam, recusarunt cætera; nam nec assurrecturum Baimundo venienti Augustum e regali solio, spondere se unquam exceperunt posse; negaruntque se in id assensuros quod addebat, petens licere sibi, ut imperatorem accedens salutandi causa nec genu nec collum flecteret. Cætera sane recepere: nempe occursum officiosum cognatorum Augusti, et ingressum ad eum cum duplici chlamyde, tum contactum manus Baimundi ab imperatore faciendum; postremo ut astare ipsi liceat ad superiorem partem lecti regii. His dictis utrimque discessum est, legatis eo divertentibus ubi paratum ipsis hospitium erat, apposita custodia satellitum centum, cum mandato prohibendi ne digredientes prætextu aliquo legati per eam noctem ad castra propius accederent, quo in 402 ibi loco res essent speculaturi ac videlicet ubi deploratissimum eorum statum surpassent oculis, contempturi Baimundum et acturi cum illo rigidius. Postridie Baimundus cum equitibus trecentis et comitibus universis progressus in eum locum ubi pridie cum imperatoris legatis egerat, relicto illic comitatu cætero, jussuque sese opperiri dum rediret, electos ex omni suorum numero sex e præcipuis secum ad legatos ducit. Ibi resumpta hesternæ disceptatio est; instanteque Baimundo ut cunctæ a se propositæ conditiones acciperentur, comes quidam ex valde præstantibus, Ubus sive Hugo nomine, sic Baimundum alloquitur: *Nullus adhuc nostrum qui huc veneramus cum imperatore præliaturi quemquam hasta percussit; omitte ista tot verba; pax prælio mutanda est.* Multa hinc excepit alternatio altercatioque sermonum, indignante Baimundo ac contumeliæ loco ducente quod non pariter omnia quæ petierat a legatis concederentur; legatis porro ipsis in eo perseverantibus ut quædam utique negarent, indulgerent cætera. Tandem persuasus Baimundus est, et necessitate in ambitionem versa, D quod dici solet, consensit in conditiones oblatas. Juramento igitur interposito firmari sibi petiit a legatis quæ promiserant. Horum hæc erat summa:

tibus vel armigeris 368 deservirent, seu potius militarent. Sunt igitur *σεργέντιοι* hoc loco pedites. Sed hæc nota.

(85) Οὐδὸς. Hugo Baduellus, de quo supra.

(86) Τὴν εἰρήνην. Consentit Ordeicus, pag. 824, dum proceres Francos ab Alexio corruptos Boemundum alloquentes inducit: *Fac igitur, quæsumus, pacem cum imperatore, antequam comprehendaris, vel morte condemneris.*

fore ut perhonorifice ipse exciperetur ab imperatore; ac si is se audito postulatis annuere suis recusaret, liberum et tutum in sua sibi castra recessum daret. In id jusjurandum a legalis datum prolatis in medium sanctis Evangeliiis. Quia vero Baimundus obsides dari jubebat in manus fratris sui Gidi, custodiri que ab ipso usque ad suum reditum, jusjurandum de incolumitate ipsorum a Baimundo vicissim petitum est et ab eo sine mora præstitum. Quo cavebatur ut sebastus Marinus, Adralestus, et Francus Rogerius, Gido in pignus fidei asservandi traditi, statim atque Baimundus a colloquio imperatoris, seu facta, seu infecta pace redisset, illæsi ac securi remitterentur ad imperatorem. Cæterum antequam iter Baimundus ad Augustum una cum Euphorbeno Constantino Catacalone capesseret, cum necessarium putaret mutari auram castris, diuturna in loco uno constantia fœtentibus, eam rem arbitrio legatorum detulit, petitque ab iis exquisita videlicet officiositate ut id probarent. Sic inæqualis et in omnem æquæ infinita natura Gallorum est, ab acerbitate interdum summa ad remississimam facilitatem momento desiliens, ita ut qui modo præsentissimus elatissimo supercilio terram se minabatur concussurum universam, mox humilitate demississima usque ad pulverem subsidat: ubi præsertim in ingenia robusta fortisque ac fixæ sententiæ viros incidit. Legati oblatam potestatem usurpantes præfinitum spatium stadiorum duodecim, ultra quod transferri castra non permitterent; **403** acquiescentique Baimundo et præscriptos non excessurum limites aienti, addiderunt, se quoque, si vellet, ituros cum ipso et inspecturos locum: quo ad id etiam annuente, datis illi statim ad custodes clisurarum litteris, prohibuerunt ne qua deinceps incursione Gallos infestarent. Tunc Euphorbenus Constantinus Catacalo petita impetrataque a Baimundo venia ingrediendi Dyrrhachii ad breven duntaxat moram, celeriter Isaacii sebastocratoris filio Alexio convento, quid ipse sociique simul missi duces cum Baimundo transegissent, exposuit, omnium adhuc penitus ignaro. Etenim propter machinam quam imponi toti per circuitum coronæ murorum urbis imperator jusserat, nemo Dyrrhachiensium despectare a longo tempore potuerat quid in Gallorum castris gereretur. Tabulæ erant summis additæ mœnium plinnis, nullo commissæ devinctæve clavorum nexu, sed pendentes in incertum et ad quemvis impulsu fluctuare aptæ; quod sic erat de industria paratum, ut si quando Latini scalis applicitis in muri crepidinem ascensum conati pertigissent, ibi pedem figere nequirent ullo certo loco: sed tremulos et lapsantes tactu primo asseres experti, utique desperato ingressu resilirent: nisi sese ipsos, una cum male fundatis quibus insistere auderent plaveis, abripi pessum intra civitatem

A Μιρίνον, και τὸν καλούμενον Ἀδράλεστον, καὶ τὸν Φράγγον Ῥογέρην, παραδίδωσι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Γίδῳ, ἵν' ὀπηνίκα ἢ μετὰ τοῦ βασιλέως εἰρηνικῶς σπονδὰς ποιήσειεν, ἢ εἰ μὴ τούτο, ἀβλαβεῖς ἐκεῖθεν κατὰ τοὺς ὅρκους αὐτοὺς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐξ-αποστείλῃ. Μέλλων τοίνυν τῆς πρὸς τὸν βασιλέα μετὰ τοῦ Εὐφορβηνοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Κατακαλῶν φερούσης ἄψασθαι, ἐπεὶ δυσωδία πολλὴ διὰ τὸ περὶ τὸν αὐτὸν τόπον, καιρὸν ἱκανὸν τὸ ὑπ' αὐτὸν στράτευμα χρονοτριβῆσαι γέγονεν, βουλόμενος μεταθεῖναι τὸ στράτευμα, μηδὲ τοῦτο ἀνευ τῆς αὐτῶν βουλῆς ἐθέλειν γενέσθαι ἔλεγεν. Τοιοῦτον γὰρ τὸ Κελτικὸν γένος ἀνώμαλον καὶ ἐφ' ἑκάτερα ἐν ὄξει καιροῦ ῥοπῇ μεταφερόμενον· καὶ ἔστιν ἰδεῖν τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα ποτὲ μὲν ἀυχρῶντα τὴν γῆν κλονήσειν ἅπασαν, ποτὲ δὲ ὑποπειπωκότα καὶ μέχρι κοινίας αὐτῆς καταγόμενον, καὶ μᾶλλον ὀπηνίκα στεροτέρως ἐντύχοι φρονήμασιν. Οἱ δὲ πλείω τῶν δέο καὶ δέκα σταδίων οὐ συνεχῶρον μεταθεῖναι τὸ στράτευμα. Καὶ εἰ τοῦτο βούλει, πρὸς τὸν Βαϊμούντον ἔλεγον, συνελυσόμεθα καὶ ἡμεῖ; ὀφόμενοι τὸν τόπον. Κατανεύσαντος δὲ καὶ πρὸς τοῦτο τοῦ Βαϊμούντου, παραχρῆμα διὰ γραμμάτων τοῖς τὰς κλεισούρας φυλάττουσιν ἐδήλωσαν, ὥστε μὴ ἐκδρομὰς ποιούμενους καταθλάπτειν αὐτούς. Ὁ δὲ Εὐφορβηνὸς Κωνσταντίνος ὁ Κατακαλῶν ἠτείτο αὐτὸς τὸν Βαϊμούντον παραχωρηθῆναι οἱ τὴν εἰς τὴν Δυρράχιον ἀπέλευσιν. Κατανεύσαντος δὲ τοῦ Βαϊμούντου, γοργῶς τὸ Δυρράχιον ὁ Κατακαλῶν καταλαμβάνει, καὶ τὸν φυλάσσοντα τὴν πόλιν Ἀλέξιον τὸν υἱὸν Ἰσαακίου τοῦ σεβαστοκράτορος ἀναζητήσας, ἀπήγγειλε τὰ πρὸς τοῦ αὐτοκράτορος διαμνηυθέντα πρὸς αὐτὸν τε καὶ τοὺς συγκατελθόντας μετ' αὐτοῦ λογάδας τῶν στρατιωτῶν. Καὶ γὰρ οὐκ ἔδύναντο τοῦ τείχους προκύπτειν διὰ τὴν γεγενημένην ἀνωθεν παρὰ τὰ κρήδεμνα τοῦ Δυρράχίου μηχανὴν τοῦ αὐτοκράτορος· σάνιδες γὰρ τινες περὶ τὰς ἐπάλξεις τοῦ κάστρου εὐμηχάνως ἐτέθησαν, ἐπὶ τούτῳ αὐτῷ κατασκευασθεῖσαι ἀνήλωτοι, ὥστε τοὺς Ἰσῶς ἀπὸ τῶν Λατίνων διὰ κλιμάκων ἀναρρίχασθαι περικυμένους, ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ἐπιβαλεῖν, μὴ ἐστηριγμένους ἴστασθαι, ἀλλὰ σὺν αὐταῖς σάνιδι διολισθαίνειν τηνικαῦτα καὶ πίπτειν ἐντὸς καθά γε εἴρηται. Τούτοις οὖν ὁμιλήσας ὁ Εὐφορβηνὸς καὶ τὰ τοῦ βασιλέως μηνύματα ἀπαγγείλας καὶ θάρσους ἐμπλήσας αὐτούς, ἐρωτήσας τε τὰ περὶ τοῦ κάστρου, καὶ διαγνοὺς τὰ κατ' αὐτοὺς ἀρίστης τετυχηκέναι οἰκονομίας ὡς τῶν πρὸς χρεῖαν αὐτάρκως ἔχοντας, καὶ παρ' οὐδὲν τὰς τοῦ Βαϊμούντου λογιζομένους μηχανὰς, καταλαμβάνει τὸν Βαϊμούντον τὴν ταφρείαν ἐνθα προεῖπε ποιησάμενον, καὶ ἐνωθεὶς αὐτῷ τῆς πρὸς τὸν βασιλέα φερούσης εἶχετο· οἱ δὲ ἐπίλοιποι τῶν πρέσβειων κατὰ τὰ προὑπεσχημένα μετὰ τοῦ Γίδου κατελείφθησαν. Μανουὴλ δὲ τὸν Μοδηνὸν πιστότατόν τε καὶ εὐνοῦστατον τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ὑπάρχοντα προαποστέλλει πρὸς τὸν βασιλέα τὴν πρὸς

Varia lectiones ex cod. Coislino.

¹³ αὐτοῦ.

αὐτὸν τοῦ Βαϊμόντου ἀπαγγέλλοντα ἔλευσιν. Ἐπει δὲ ἀγγεῖον τῆς βασιλικῆς ἐγεγόνει σκηνῆς παρεσκευά-
στο καὶ τὰ τῆς αὐτοῦ ὑπαντῆς, καθὼς οἱ πρέσβεις
τούτω συνέθεντο. Εἰσελθόντος δὲ τούτου, ἐκτείνας
τὴν χεῖρα ὁ βασιλεὺς καὶ τῆς ἐκείνου ἀψάμενος
χειρὸς, καὶ τὴν συνήθη τοῖς βασιλεῦσι προσαγόρευ-
σιν ποιησάμενος, ἐγγὺς τοῦ βασιλικοῦ παρεστήσατο
θρόνου.

rem, abundare adhuc ipsis ad victum ac belli usum quæ opus essent, contemnereque eosdem nunc
maxime ac plane nihili ducere machinas omnes conatusque Baimundi, cum his ad Baimundum re-
diit qui jam commodum sua castra transtulerat eum in locum de quo fuerat prius eum inter lega-
tosque conventum. Huic se adjungens Euphorbenus iter cepisset ad imperatoris castra, tribus aliis
sociis suis, prius legatis, nunc obsidibus, prout erat constitutum, in Gidi potestate relictis. Porro
ipse jam pergens præmisit ad Augustum e via Manuelem Modenum hominem sibi fidissimum nun-
tium adventus Baimundi; qui ubi ad certum ab Augustali spatium proventus eundo est, obvius
habuit juxta pacta conventa familiares imperatoris. Deinde Baimundus admittitur, Augusto extensa
manu sua manum ejus prehendente, hisque eum verbis ac modo salutante quo imperatores solent
mox etiam invitante ut prope Imperatorium astaret solium.

Ἦν δὲ τοιοῦτος ὁ ἀνὴρ οἷος, ὡς βραχεὶ μὲν εἰ-
πεῖν, οὐδεὶς κατ' ἐκείνον ὠφθη ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων
γῆ, οὔτε βάρβαρος οὔτε Ἕλληνας· θάμβος γὰρ ἦν
ὀφθαλμῶν ὀρώμενος καὶ φημιζόμενος, ἐκπληξίς κατα-
μέρος δὲ ὑπογράψαι τὸ τοῦ βαρβάρου εἶδος. Τοιοῦ-
τος μακρὸς ἦν τὴν ἀναδρομὴν τοῦ σώματος ὥστε
εἰς πῆχυν ἓνα μικροῦ τοὺς μακροτάτους ὑπερελαύ-
νειν, τὴν γαστέρα συνεσταλμένος καὶ τοὺς ⁸⁴ λαγό-
νας, καὶ τοὺς ὠμούς· εὐρύς· καὶ τὰ στέρνα πλατὺς
καὶ τοὺς βραχίονας κρατερός· καὶ τὴν ὄλην ἐξιν τοῦ
σώματος οὔτε περιεπιτισμένος ⁸⁵, οὔτε περιθρόμε-
νος ταῖς σαρκὶν ⁸⁶, ἀλλ' ὡς ἄριστα κεκραμένος, καὶ
οἷον εἰπεῖν κατὰ τὸν Πολυκλείτειον κανόνα ἐνηρμο-
σμένος· τὰς χεῖρας ἀδρός καὶ τῶν ποδῶν τὰς βάσεις
στερρός· καὶ τὸν αὐχένα καὶ τὰ μετὰφρενα εὐπαγῆς.
Ἐποκεκυφώς δὲ μετρίως τῷ ἀκριδῶς αὐτὸν περι-
εργαζομένῳ ἐφαίνετο· οὐ τῶν νωτιαίων σπονδύλων
τι πεπονθότων τῆς ῥάχεως, ἀλλ' οὕτω μετρίως ἐκ-
γενετῆς, ὡς εἶκοι. τὴν διάπλασιν ἐσχηκε. Τὸ χρῶμα
καὶ τὸ ἄλλο μὲν σῶμα λευκότατον, τὸ δὲ πρόσωπον
μετὰ τοῦ λευκοῦ ἐπυρσοῦτο, καὶ ἡ κόμη ὑπέξανθος,
ἀλλ' οὐμενοῦν μέχρι τῶν μεταφρένων αἰωρουμένη
κατὰ τοὺς ἄλλους Βαρβάρους· οὐ γὰρ ἐτριχομά-
νει (87) ὁ ἀνὴρ, ἀλλὰ κουρίας ἦν μέχρι τῶν ὠτων.
Τὸ δὲ γένειον εἴτε πυρσὸν εἴτε ἄλλο τι χρῶμα εἶχεν,
οὐκ ἔχω λέγειν· ὁ ξυρὸς γὰρ ⁸⁷ ἐπεξήλθεν αὐτὸ καὶ
τιτάνου παντὸς ἀκριδέστερον· ἰδοῦκε δ' οὖν εἶναι
καὶ τοῦτο πυρσόν. Τὸ βλέμμα γλαυκόν καὶ ἄμα-
θυμὸν καὶ ἐμβρίθειαν ὑποσημαίνον. Καὶ ἡ ῥίς αὐτῷ

Is vir cui, ut multa paucis congam, nullum ea
tempestate neque Græcum neque Barbarum Ro-
mana terra parem vidit: ejus famæ ingenti, qua
late procul percellebat animos, species præsentis
admirabilis rapiens coram oculos exactè responde-
bat, **404** talis fere aspectu ac forma fuit. Longo
surgebat excursu statura corporis; adeo ut proce-
rissimos quosque uno ferme altior cubito transcen-
deret. Ventrem et ilia contractior, latus humeros,
spatioso et coæquato pectore, lacertis torosus; tota
corporis habitudine nec strigosa, nec gravata fluxu
carnium, sed optimo inter obesitatem et maciem
temperamento, velut Polyclæti manu cujusdam ex
idea præcellentissimæ artis fictus atque tornatus:
majusculis et succo vivido solidis manibus; recte
fundatis pedibus et robuste vestigium obtinentibus;
cervicis armorumque apta compages, et tum succi
plena, tum dignitatis. Trunci status, si quis atten-
deret curiosius, e rectissimo inclinari paulisper in
prorum videbatur: non ullo vertebrarum aut spinæ
dorsi vitio, sed propt apparebat, quod ab ætate
tenera institutis moderantium in istum esset habi-
tum ad specimen modestiæ formatus. Color reliquo
corpore candidissimus. Facies in niveo rubebat.
Capilli subflavi, eatenus promissi ut aures legerent,
non etiam more gentis humeros flagellarent, neque
enim insaniebat istam insaniam comæ studentium.
Barba ejus coloris esset non possum dicere, genæ
quippe ac mentum ejus acie novaculæ ad cutem raso

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

⁸⁴ τὰς. ⁸⁵ περιεσφγμένος (sic). ⁸⁶ τῇ σαρκί. ⁸⁷ γοῦν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(87) Ἐτριχομάνει. Nam Normanni cæteri, ut et
Franci, teste Orderico Vitali lib. viii: *Capillos a
vertice in frontem discriminabant, longos crines
veluti mulieres nutriebant, et summopere curabant.*
Idem an. 1092: *Ex tempore militares viri mores
paternos in vestitu et capillorum tonsura derelique-
runt, quos paulo post burgenses et rustici, et pene
totum vulgus imitati sunt.* Et lib. ii: *In nutrimento
autem comarum, mulierum sequaces æstimantur.*
Gallos veteres et Francos comam nutritivisse palam

est ex Cedreno, pag. 453, et ex iis que notant
Salmasius ad Solinum, Gosselinus in *Histor. veter.*
Gall. Hotomannus et Matharellus in *Franco-Gall.*
contra quam Græci, qui caput tondebant, ut est in
Epist. Adriani PP. ad Carol. M. ex iis quas edidit
Gretzerus. Angli etiam ea tempestate comam nutrie-
bant, quo nomine ab Anselmo Cantuariensi archi-
episcopo non semel carptos auctor est Eadverus,
lib. i, iii et iv *Hist. Novor.* et ex eo Willelmus Mal-
mesburiensis.

superficiem habebant quovis gypso æviorem; conjectura tamen est rufam et hanc fuisse. Glaucus aspectus, iræ atque acerbitalis non bene latentium vi submissa minax. Nasus libere ærem ducens meatibus largiusculis; sic enim erat opus ad comode inferendam efferendamque spiritus copiam quantam ad eventilandum cor flagrantissimum pulmo prælargus anhelaret, nude illa instituto naturæ proportionem et significationem mutuam habent, magnitudo narium et vastitas pectoris. Emicabat, lateor, universa ex specie suave quiddam, nisi crebris undecunque simul erumpentibus terroris quasi fulgoris, blandus ille radius frangeretur. Itaque amabilitatem tenuem majori odiositate obruente, tam ille giganteus status, quam torvitas quædam frontis arduæ, ac quasi ad vim expeditorum tacita minacitas artuum, universo conspectu ferum hæud dubie quidpiam et illætabile spirabat; ut arrisus ejus, mihi quidem, nihilo videretur amœnior aut blandior, quam aliorum irata facies jurgantium, adeo non mavors solum ejus, sed qualiscunque amor etiam, militaris in eo atque armatus apparebat: ita tamen ut sentiret suavitatem existere totam a natura formaque corporis, vim sævam atque immanem a barbaro intus habitante allari animo. Erat is non malignitate solum cumulatissimus plurima, verum artibus quoque ad hanc exercendam omnibus abundans; nihil eo versutius, nihil promptissima consilii accommodatione magis expeditum ad conversiones omnium temporum. Nunquam illi occasio ansam imparato daret; nunquam quod cuivis petitioni opponeret scutum deerat. Sermo ejus tractantis accuratus; responsiones omni undique circumspeditione præmunitæ, et adversus vel acerrimam censuræ vigiliam cujusvis, sua, prehensione locum præbente nulli, prudentia tutissimæ. Denique hic talis ac tantus fuit, ut uni omnium qui tunc erant hominum imperatori Alexio secundus, uni duntaxat illi fortuna, vi dicendi, consilio, cæterisque naturæ dotibus esset inferior: plane invictissimus futurus, nisi eum ætas sua, rerumque ac spei rationes cum patre meo commisissent. Qui quidem meus pater ei tunc sibi astanti, pro ea qua valebat festiva peritiam sermonis ad usum quemcunque **405** figurandi, refricavit primum quasi aliud agens obiter atque oblique memoriam præteritorum: quæ cum morsu conscientiæ, et recordatione successuum minus felicium, displiceret Baimundo, mature is interpellavit ingratham orationem, nec ultra unam alteramque periodum sivit excurrere: cum et ipse prope par artifex, non minus ætate declinaret, quam ingeniose petebatur; et quæ obscure ac generatim intendebantur, universim quoque ac dissimulanter depelleret: illud subinde admonens, nequiquam advenisse se disceptaturum de rebus istis, alioquin esse sibi etiam permulta in illis temporibus negotiisque de quibus conqueri et expostulare jure posset suo, quæ quoniam divinæ ductu Providentiæ huc modo de pace tractaturus venerit, majestati ejus condonaret permitteretque nunc omnia. Tunc imperator: Vetera igitur sane delinquamus. Te vero, Baimunde, si bona fide mecum in amicitiam convenire vis, primum omnium subjicere mihi, et dominum principemque me tuum agnoscere ac profiteri oportet, tum illud ipsam nepoti tuo Tancredo mandare per litteras ut et ipse præstet; præcipereque serio eidem ut Antiochiam juxta pacta conventa prius inter nos jurata, ducibus a me missis aut mittendis tradat. Postremo inducas in animum et sancte spondeas velim cætera te omnia quæ olim mihi promiseras, de cætero religiose servaturum facturumque summa constantissimæque fide.

Cum hæc et alia ejus generis plura dixissent vi-

A καὶ ὁ μυκτῆρ ἐλευθερον ἔπειναι τὸν ἀέρα. Συνηγόρει δὲ τῷ μυκτῆρι διὰ τῶν στέρνων, καὶ διὰ τοῦ μυκτῆρος τὴν τῶν στέρνων εὐρύτητα· ἡ γὰρ φύσις διεξόδους ἐδεδώκει διὰ τῶν ρινῶν τοῦ ἀπὸ τῆς καρδίας παφλάζοντος πνεύματος. Ἡδὲ δὲ τι καὶ ἐνεφαίνετο τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, ἀλλὰ τοῖς ἀπανταχόθεν φοβεροῖς ὑπεθραύετο· ὄλος γὰρ δι' ὄλου τοῦ σώματος ἀμείλικτος ἦν καὶ θηριώδης ὁ ἄνθρωπος, ἀπὸ τοῦ μεγέθους, ἀπὸ τοῦ βλέμματος, δοκεῖ μοι, καὶ ὁ γέλως αὐτοῦ τοῖς ἄλλοις ἐμβρίμημα ἦν. Οὕτως εἶχε ψυχῆς τε καὶ σώματος, οἷς καὶ τὸν θυμὸν ἐν τούτῳ κορύσσεισθαι καὶ τὴν ἔρωτα, καὶ ἀμφοτέρους ὄρῃν πρὸς πόλεμον. Τὸ δὲ φρόνημα αὐτῷ παντοδαπὸν καὶ πανούργον, καὶ πρὸς ἅπαντα λαθὴν διαδιδράσκον· αἱ γὰρ ὀμιλίαι τούτῳ ἀκριθεῖς, καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἐδίδοον πανταχόθεν ἀπεριδράκτους. Καὶ τοιοῦτος ὢν καὶ τοσοῦτος, μόνῳ τῷ αὐτοκράτορι ἀλώσιμος ἦν, καὶ τύχῃ καὶ λόγοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀπὸ φύσεως πλεονεκτηήμασιν. Ἀναμνήσας οὖν ὁ αὐτοκράτωρ αὐτὸν τῶν προτέρων ἐπιτροχάδην καὶ συνεσκιασμένως πῶς αὐτῷ παραστήσας, ἐτέραν λόγου περίοδον ἐποίησατο. Ὁ δὲ τὴν ἰδίαν συνείδησιν ἔχων ἐλέγχουσαν, ἐπιτηδείως τὰς πρὸς τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐξέφυρεν ἀνθυποφορὰς, τοῦτο μόνον φάμενος, ὡς Οὐχὶ περὶ τῶν τοιούτων ἀνακρίνεσθαι ἐλήλυθα. Εἶχον γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς ⁸⁸ πολλὰ λέγειν. Τοῦ Θεοῦ δὲ ἐν ταυτοῖς με συνελάσαντος, πάντα τοῦ λοιποῦ τῷ σῷ ἀνατίθῃμι κράτει. Ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς αὐτόν· Τὸ μὲν παραληλυθότα ἐατέον τὸ νῦν, σὺ δὲ εἰ βούλει **C** σπείσασθαι μεθ' ἡμῶν, πρῶτον μὲν ἓνα τῶν ὑπὸ τὸν ἐμὸν κράτος χρῆ σὲ γενέσθαι, εἶτα δηλώσαι περὶ αὐτοῦ τε τούτου τῷ σῷ ἀνεψιῷ Ταγγρῆ, ἐπισκῆψαί τε αὐτῷ, τοῖς ἐξ ἐμοῦ ἀποσταλείσι παραδοῦναι τὴν Ἀντιόχειαν κατὰ τὰς γεγυνοίας ἐξαρχὴν συμφωνίας ἡμῶν ⁸⁹, εἶτα καὶ τ' ἄλλα πάντα ὅσα συμπεφώνηται ἡμῖν, τηρῆσαι νῦν τε καὶ μετέπειτα.

D Ταῦτα τοῦ βασιλέως καὶ ἄλλα πλείω πρὸς αὐτόν

Variae lectiones ex cod. Coislin.

⁸⁸ πρὸς αὐτά. ⁸⁹ ἡμῶν.

εἰπόντος τε καὶ ἀκούσαντος, ἐπεὶ ὁ αὐτὸς ἐκεῖνος ἦν ὁ Βαϊμοῦντος καὶ οὐκ ἠλλοίωτο, ἔφη ἀδυνάτως ἔχειν τὴν τριαύτην ὑπόσχεσιν ποιήσασθαι. Καὶ δὲ ἄλλα τινὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀπαιτούμενα ἤτειτο τὴν πρὸς τὸ ἴδιον στράτευμα ἐπανάζευξιν κατὰ τὴν γενομένην συμφωνίαν παρὰ τῶν πρέσβεων. Ὁ δὲ βασιλεὺς φησιν πρὸς αὐτὸν ὅτι Κρείττονα ἐμοῦ οὐκ ἔχω τὸν μετὰ ἀσφαλείας σε διασώποντα. Καὶ ἅμα τῷ λόγῳ τοῖς ἡγεμόσι παρῶν ἐπέταττε τοῦ στρατεύματος, ἐτοιμάσαι τοὺς ἵππους αὐτῶν, ἐφ' ᾧ τῆς πρὸς τὸ Δυρράχιον φερούσης ἀψασθαι.

Τοῦτο ὁ Βαϊμοῦντος ἀκούσας ἐξελθὼν ἐπὶ τῷ πρὸς τὴν ἀποσταγμένην αὐτῷ ἀπιέναι σκητῆν, τὸν ἐμὸν Καίσαρα Νικηφόρον τὸν Βρυέννιον τῷ τοῦ Πανυπερσεβάστου τότε τιμητὸν ἀξιωματι ἐζήτησε θεάσασθαι. Ὁ δὲ ἐξελθὼν καὶ πᾶσαν πειθῶ λόγων κινήσας, ὅποιος ἐκεῖνος ἐν δημηγορίαις καὶ διαλέξεσιν ἀπαράμιλλος, πείθει τὸν Βαϊμοῦντον τοῖς πλείστοις συνθέσθαι τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως ῥηθέντων. Κρατήσας εὖν αὐτὸν τῆς χειρὸς εἰσάγει πρὸς τὸν βασιλέα. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν ἐνωμότως καὶ μετὰ τῆς οικείας προαιρέσεως κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ τὴν συμφωνίαν ἐπλήρωσεν. Ἔλαχε δὲ τὰ συμπεφωνημένα οὕτως (88).

Prodit ille, totamque explicans quam summam habebat dicendi vim, sermonum ejus familiarium et publicarum ad conciones orationum experimentis abunde probatam, ad tractandum adhibet ferocem animum, omnique ex parte Baimundum ambit atque urget leniter, sua illa qua pollebat incomparabili efficacia suavitate, donec molliendis quibusdam, indulgendis aliis, perfecit tandem ut plerisque eorum quae Augustus petierat acquiescere jam paratus esset Baimundus. Quo satis vir meus perspecto, comiter apprehensum manu Baimundum introducit 406 ad Augustum. Convenit statim inter ambos, et nostridie ex utriusque sententia conclusa concordia est, instrumento publico Baimundi verbis rite concepto, cujus exemplum hic deinceps describimus :

Ἡ μὲν προτέρα συμφωνία, ἣτις δὴ καὶ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γέγονε πρὸς τὸ Θεοστεφὲς κράτος σου ὅπταν μετὰ τῆς πολυπληθοῦς ἐκείνης στρατιᾶς τῶν Φράγγων εἰς τὴν βασιλίδαν πόλιν ἐπιδηδήμηκα διαβαίνων ἀπὸ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπὶ τῇ τῶν Ἱεροσολύμων ἐλευθερίᾳ, ἐπειδὴ κατὰ τινὰς περιπεταίας πραγμάτων ἠθέτηται, ἐκεῖνη μὲν σχολασάτω καὶ μὴ ἔχέτω τὸ ἐνεργὸν ὡς τὸ ἄκυρον ἀποφερομένη διὰ τὴν τῶν πραγμάτων περίστασιν· καὶ ἐξ ἐκείνης οὐ χρὴ κατ' ἐμοῦ δίκαιόν τι ἔχειν τὴν βασιλείαν σου, κἀντεῦθεν ἰσχυρίζεσθαι περὶ τῶν ἐν ἐκείνῃ συμπεφωνημένων τε καὶ ἀναγεγραμμένων. Πόλεμον γὰρ ἀραμένου μου κατὰ τοῦ σου Θεοπροβλήτου κράτους καὶ παραλύσαντος τὰ συμπεφωνημένα, συμπαραλέλυται τούτοις καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ σου κράτους κατ' ἐμοῦ αἰτιάματα. Νῦν δὲ οὖν ὡσπερ ἐκ μεταμελείας ἐρχόμενος καὶ ὡσπερ ἄλιεὺς πληγεὶς καὶ ἀπενεγκάμενος νοῦν καὶ μόνον οὐχὶ τῷ δόρατι τῷ σου νονεχέστερος γεγονώς καὶ τῆς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἤττης καὶ τῶν πολέμων ἀναμνηθεὶς εἰς

cissim audivissentque inter se imperator et Baimundus, tandem hic illius sermones parum ad suas spes ac rationes accommodatos animadvertens (quippe qui mordicus in proposito haereret, nec cupiditati atque ambitioni suae detracti quidquam ibi superbis illis dominandi regnandique votis patretur), sic, quasi desperata compositione, Augustum alloquitur : Quoniam quae promitti praestarique a me tibi postulas, uti deditioem Antiochie, et alia pleraque, ea ejusmodi esse sentio quae nec polliceri nec representare possim unquam, age juxta fidem mihi per tuos legatos a te datam, annue mihi securum in castra mea reditum. Cui Augustus : Prolixum vero, inquit, Baimunde, annuo quod petis; ac quoniam ad te tuto secureque deducendum neminem me ipso aptiorem habeo, agite (vertit vultum a Baimundo qui cum secreto loquebatur, ad duces exercitus astantes palamque ipsis contenta voce sic edicit, agite, inquam, equos expedite, mox nobiscum Dyrrhachium versus profecturi. His auditis Baimundus cum ad designatum paratumque sibi tabernaculum se reciperet, meum Caesarem Nicephorum Bryenium panhypersebasti titulo ac dignitate jam tum ornatum videre obiter expetiit.

Primum omnium, conventio tractatusque ille quem cum a Deo coronata majestate tua tum transigi, quando in comitatu numerosissimi illius exercitus Francici ex Europa transgrediens in Asiam Hierosolymorum liberationem, Constantinopoli transivi, ut quibusdam rerum et negotiorum ab eo tempore incurrentium vicibus abrogatus est, ita pro abrogato planeque antiquato nunc habeatur : nec ex eo tua majestas jus sibi posthac ullum sumere, eique ad spem ullam inniti valeat, ob ea quaecunque ac qualiacunque cauta, excepta, scripta, jurata, quomodocunque ibi promissa aut memorata. Et enim bello exinde a me adversus tuam a Deo promotam majestatem moto gestoque revocata illa, irritaque ac cassa declarata censei pars est : nec causam aut titulum praebere ullum tibi posse legitimum contra me accusatione ulla querelave veniendi. Integer ergo nunc pleneque juris mei ultro tibi me sisto, velut piscator ictus vel sero profitens poenitentiam quam concepi veram, ex certa mea

Variae lectiones ex cod. Coislín.

⁸⁸ αὐ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(88) Ἐλάχε δὲ οὗτος. De pace firmata inter Alexium et Baimundum agunt praeterea Fulcherius Carnot. lib. II, cap. 57; Albertus Aq. lib. X, cap. 44;

Ordericus et Mathæus Paris an. 1109; vetus scriptor, tom. IV *Hist. Fr.* pag. 95.

prudētiaque sententia, erroris hactenus errati a me, in te violando lacessendoque: quod nullo meo lucro aut operæ pretio, gravi damno jacturaque fecisse confiteor; ac malo mulctaque illa domitus accedo, factus experiundo sapientior, et acceptis cladibus quasi contactu salutari hastæ tuæ a priori mea imprudentia sanatus, atque inflexus salubri concilio ad hanc tecum de novo et de integro conventionem et compositionem ineundam. Qua primo profiteor me lizium hominem sceptri tui fore, hoc est, ut loquar clarius, servum ac subditum: quandoquidem et tu me sub manum tuam trahere et hominem tuum lizium facere vis. Talis igitur ero deinceps post secundam hanc conventionem, quam in omne tempus observare volo: Deumque in id testem ac sanctos ejus omnes invoco atque adhibeo, quos cæterorum quoque hic scriptorum arbitros et seque-
407 stros sumo legoque. Homo, inquam, fidelis obnoxiusque sum tuæ majestatis et amantissimi tui filii imperatoris domini Joannis Porphyrogeniti; atque ut talis armabo dexteram contra quemcunque infestum aut infensum majestati tuæ, sive is Christiani sit generis, sive alienus a religione nostra, quales nos vulgo solemus paganos appellare. Itaque illud modo solum ex priori transactione inter nos conclusa, licet alioqui abrogata retraho de utriusque consensu, tuo, inquam, meoque, atque in hunc locum transfero, confirmans profitens ac velut abrogatum renovans, primoque constituens fore me servum et lizium hominem majestatis utriusque vestrum: neque ullam unquam futurum tempus quo huic voluntati promissionique meæ contrarium quippiam admittam, suspiciam, geram, clam, palam, dissimulanter, aut ex professo, quacunque ex causa, modoque qualicunque, quo vere sciens prudensque transgressæ hujus hodiernæ solemnis promissionis reus sim et merito possim argui. Et quoniam accipio nunc in jus ac dominium meum regionem paulo post nominatim exprimendam hoc ipso in scripto, sitam in partibus Orientis, cujus

A ἐτέραν συμφωνίαν μετὰ τοῦ κράτους σου τράπωμαι ταυτηνί, ὥστε λιζιον (89) γενέσθαι τοῦ σκήπτρου σου ἄνθρωπον, καὶ ἵνα σαφέστερον εἴποιμι καὶ φανερώτερον, οὐκ ἐτήν καὶ ὑποχείριον, ἐπειδὴ καὶ σὺ ὑπὸ τὴν σὴν δεξιάν ἐμέ ἐλκεῖν βεβούλησαι καὶ ἄνθρωπόν σου ἐθέλεις ποιήσασθαι λιζιον. Ἔσομαι τοίνυν ἀπὸ τοῦ νῦν κατὰ τὴν δευτέραν ταυτηνί συμφωνίαν ἦν καὶ φυλάττειν εἰς ἀεί βούλομαι καὶ ἐπόμνυμι Θεόν τε καὶ πάντας τοὺς ἁγίους αὐτοῦ, ἐπεὶ καὶ ἐπιμάρτυσι τούτοις τὰ συμπεφωνημένα καὶ γράφεται τε καὶ λέγεται. Ἄνθρωπος πιστὸς τῆς σῆς βασιλείας καὶ τοῦ περιποθήτου σου υἱοῦ καὶ βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Πορφυρογεννήτου, καὶ ὀπλίσομαι τὴν δεξιάν κατὰ παντός ἀνθισταμένου τῷ κράτει σου, εἴτε τοῦ Χριστιανικοῦ γένους ἐστὶν ὁ χεῖρας ἀνταράμενος, εἴτε καὶ ἀλλότριον τῆς ἡμετέρας αὐλῆς οὗ; παγάνους ἡμεῖς ὀνομάζομεν. Ὡστε ὅπερ καὶ τῷ προμνημονευθέντι συμφώνῳ περιείχετο, καὶ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν συνήρσα, τῇ τε βασιλείᾳ ὑμῶν καὶ ἐμοί, τῶν ἄλλων ἀνηρημένων τοῦτο μόνον ἐκείθεν ἔλκω καὶ ἰσχυρίζομαι καὶ ἀπρ'ἔξ ἔχομαι, τὸ, δοῦλον τῆς βασιλείας καὶ ἀμφοτέρων εἶναι καὶ λιζιον καὶ ἄνθρωπον, ὥσπερ καταλυθὲν ἀνανεούμενος. Καὶ οὐ δ' ἂν εἴτε γένοιτο, εἰς ἀθέτητον τούτου ἐλεύσομαι, οὐδέ τις αἰτία ἐστὶ ἢ τρόπος φανερός τε καὶ ἀφανής καθ' ὃν ἐγὼ παραβάτης τῶν συνθηκῶν καὶ τῶν νῦν συμπεφωνημένων φανήσομαι. Ἄλλ' ἐπειδὴ λαμβάνω τὰ νῦν τὴν ῥητῶς (90) ἐνταυθοῖ τὴν δηλωθησομένην χώραν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ἀνατολῆς διὰ χρυσοδούλλου λόγου τῆς βασιλείας σου, ἐν ᾧ καὶ τὸ κράτος τὸ σὸν ὑποσημαίνεται δι' ἐρυθροδαφούς ὑπογραφῆς. Ὁ δὲ χρυσοδούλος ὁ λόγος καὶ ἀμοιβῆτος γεγονώς ἐπεδόθη μοι, δέχομαι μὲν τὰς δοθείσας χώρας ὡς ἀπὸ τῆς βασιλείας ἡμῶν δεδωρημένας, καὶ τὸ ἐνδύναμον ἔχων τῆς δωρεᾶς ἐκ τῆς χρυσοδούλλου γραφῆς. Ἀντίθεσιν τῶν τοσούτων χωρῶν καὶ πόλεων δίδωμι τὴν πίστην τὴν ἐμαυτοῦ πρὸς τὴν ὑμῶν βασιλείαν, σοῦ τε τοῦ μεγάλου αυτοκράτορος κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ τοῦ τριποθήτου υἱοῦ σου τοῦ βασιλέως

Variæ lectiones ex cod. Coislino.

⁸¹ χρυσοδούλος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(89) Λιζιον. *Vassalus Ligius*, nostris vox nota. Joan. Cinnamus; lib. II: Καὶ λιζιον αὐτὸν ἐποίησαντο. Idem, lib. V: Καὶ δοῦλος, οὐ βίξ τὸν ζυγὸν ὑποδύς, — ἀλλὰ δοῦλος ἐθελοδούλος: ἐρμηνεύει δὲ σοι τοῦτο τὸ λιζιον. Ejusmodi servos, δοῦλους ἐν ἑρκείοις apposite vocat Pachymeres, lib. VI, cap. 6, quos lib. V, cap. 10, λιζιους appellat: Ἄλλως δὲ καὶ παρέσπα, καὶ ἰθίους ἐπολεῖ, λυσίους (scrib. λιζίου.) εἶπεν ἂν τις, ἐκείνων τὰς εὐμενεῖας; ubi ἴδιος ἰλεῖν sonat ac *solidus homo*, in eo hominio quod recitatur in Vita beati Odegarii episc. Barcinonensis: *Juro ergo Robertus Tarraconensis princeps tibi Domino meo Odegarrio ejusdem civitatis archiepiscopo, quod ab hac die et deinceps fidelis homo et solidus ero tibi et Ecclesie tuæ.* Jacobus I, rex Aragonum in Constitutionibus Catalunniæ mss. quæ exstant in bibliotheca Thuana, fol. 61: *Duplex est homagium, videlicet homagium solidum, et non solidum. Homagium solidum est quasi gerens legalitatem et fide-*

litatem: nam homo solidus adversus omnes gerit fidelitatem Domino suo, et ita in homagio solido nullus excipitur, etc. Homagium autem non solidum est, quando aliquid excipitur faciendo homagium, cum dicitur: Facio tibi homagium, excepta fidelitate, quam debeo Domino meo solido, etc. Ligium a ligando dictum sunt qui putant; quo sane videtur alluisse Willelmus Brito, lib. II Philipp.

Esse tenebatur homo ligius atque fidelis.

Et tanquam Domino jurando jure ligari.

Et Dudo, lib. II *De morib. et gest. Norm.*: *Dedit omnem terram suæ ditionis filio suo Willelmo, atque inter manus Willelmi adolescentis manus suas mittentes principes configavit illi conjurationis sacramento.* De aliis vocis etymis consulendus Brodæus in *Consuet. Paris.* interim dum alius de his disputandi sese offerat locus.

(90) Ῥητῶς. Nominatim, expresse. Occurrit sæpius apud Harmonopolium.

κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Πορφυρογεννήτου ἦν ἀμετακίνητον καὶ ἀτάλευτον καθέξειν ἐπισχνοῦμενος καθάπερ ἀγκυραν ἀσφαλῆ. Καὶ ἵνα ἐπαναλάβω τὸν λόγον σαφέστερον καὶ τὴν ἰδιότητα φυλάξαιμι τῶν ἐγγράφως συμφωνούντων, ἰδοὺ ἐγὼ Βαϊμοῦντος^α υἱὸς Ῥομπέρτου Γισκάρδου συμφωνῶ μετὰ τοῦ κράτους ὑμῶν καὶ τὴν συμφωνίαν ἀρραγῆ τίθημι φυλάττειν πρὸς τὴν βασιλείαν ὑμῶν, τουτέστι, σέ τε τὸν αὐτοκράτορα Ῥωμαίων κῦρ^β Ἀλέξιόν, καὶ τὸν βασιλέα καὶ υἱόν σου τὸν Πορφυρογέννητον, καὶ τὸ λίκιον ἀνθρώπων ἀνόθευτόν τε καὶ ἀπαραποίητον ἕως ἂν ἐμπνέω καὶ μετὰ τῶν ζώντων συναριθμῶμαι καὶ ἐξοπλισαίμην τὴν χεῖρα κατὰ τῶν ἐντεῦθεν ἀναφανησομένων ἐχθρῶν ὑμῶν καὶ τῆς βασιλείας τῆς ὑμετέρας τῶν ἀεισεβάστων σεβαστῶν βασιλέων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας καὶ ἐνθα ἂν καὶ προσταχθείην ὑφ' ὑμῶν μετὰ πάσης τῆς περὶ ἐμὲ στρατιᾶς ἐπροφασίστω· ἐκδουλεύσω κατὰ τὴν παρισταμένην χρεῖαν. Καὶ εἰ τινες ἂν καὶ εἶεν δυτημενῶς ἔχοντες πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος εἰ μήπου τοῖς ἀθανάτοις ἀγγέλοις ἰσταζοῖντο ἂν καὶ εἰσὶ τοῖς ἡμετέροις δόρασιν ἄτρωτοι, ἢ ἀδαμάντινά τινε περικείνται σώματα κατὰ τούτων πάντων ὑπεραγωνισαίμην τῆς βασιλείας ὑμῶν. Καὶ εἰ μὲν ὕγιως ἔχω τοῦ σώματος καὶ ἐλευθεριάζω πολέμου τινὸς βαρβαρικοῦ τε καὶ Τουρκικοῦ αὐτὸς ἐγὼ τῷ ἐμῷ σώματι ἀγωνιοῦμαι καὶ τὸν ὑπὲρ ὑμῶν πόλεμον μετὰ τοῦ ξυνεπομένου στρατεύματος. Εἰ δὲ ἢ νόσῳ βαρεῖα πεδουμαι οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα, ἢ πόλεμος ἐπικείμενος πρὸς ἐαυτὸν ἔλκει με, τότε δὴ, τότε ὑπισχνοῦμαι διὰ τῶν περὶ ἐμὲ γενναίων ἀνθρώπων μου τὴν δυνατὴν ἐξαποστέλλειν βοήθειαν, ὡς ἐπανασωζόντων ἐκαίνων τὸ ἐμὸν ἔλλειμμα. Ἡ γὰρ ὀρθὴ πίστις ἦν σήμερον πρὸς τὴν βασιλείαν ὑμῶν· τοῦτο ἐστὶ τὸ, ἢ δι' ἐμαυτοῦ ἢ δι' ἑτέρων, καθάπερ εἴρηται, ἀνακρωτηριαστα τηρεῖν τὰ τῆς συμφωνίας, ὀρθὴν τε πίστιν φυλάττειν διόμνυμι· καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος, ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου κράτους καὶ τῆς ὑμετέρας ζωῆς ταυτησὶ λέγω τῆς κάτω τε καὶ γῆινης· ὑπὲρ γὰρ τῆς τοιαύτης ὑμῶν ζωῆς, σιδηροῦς τις ἀνδρίας καὶ σφυρήλατος γεννοίμην τοῖς ὄπλοις, ἀλλὰ μέχρι καὶ τῆς τιμῆς τῆς ὑμετέρας, καὶ μέχρι βασιλικῶν ὑμῶν μελῶν ἐκτείνω τὸν ὄρκον, εἰ τις αὐτοῖς ἐπιβουλεύεται κάκωσις παρὰ τινῶν ἀλιτηρίων ἐχθρῶν, οὗς δυνατὸν ἐστὶν ἐμὲ καταλύειν καὶ ἀπείργειν τοῦ κακοῦ ἐγχειρήματος· ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάσης χώρας τῆς ὑμετέρας καὶ πόλεως μικρᾶς τε καὶ μεγάλης καὶ νήσων αὐτῶν, καὶ ἀπαξοπλῶς, ὅποση τις ἐστὶ γῆ τε καὶ θάλασσα ὑπὸ τῆς ὑμετέρας σκῆπτρα ἐξ αὐτοῦ δῆπουθε τοῦ Ἀδριαντικοῦ πελάγους καὶ μέχρι πάσης ἀνατολῆς καὶ κατὰ μῆκος τῆς μεγάλης Ἀσίας ἐνθα τὰ τῶν Ῥωμαίων ὄρισματα ἦν. Ἐτι συμφωνῶ καὶ ἔσται τῶν συμπεφωνημένων μάρτυς καὶ ὑπήκοος ὁ Θεὸς μηδεμίαν μηδέποτε χώραν τετραγμένην ὑπὸ τὰ ὑμέτερα σκῆπτρα εἴτε νῦν εἴτε πρότερον, εἴτε πόλιν ἢ νῆσον κρατεῖν τε καὶ ἔχειν. Καὶ ἀπλῶς ὅποσα

A investitura mihi confertur per Bullam Auream majestatis tuæ, a te rubramento subscriptam. Quæ quidem Bulla non gratis mihi est tradita, sed commutata pro re quapiam a me vicissim exhibenda; ita ego nunc accipio terras et ditiones illas a tua majestate irrevocabili vi prædictæ Bullæ Aureæ attributas mihi, ut in remunerationem atque in pretium tot illarum tantarumque regionum et urbium, opponam obligemque fidem ac fidelitatem meam majestati utriusque vestrum; tuæ, inquam, magni imperatoris domini Alexii Comneni, et desideratissimi filii tui principis domini Joannis Porphyrogeniti spondens et pollicens immotam eam inconcussamque retenturam, velut firmam anchoram. Atque ut clarius exponam mentem meam, et proprietatem servem, legitimasque usurpem formulas eorum qui rite fidelitatem alicui suam scripto authentico profitentur: en ego Baimundus Roberti Giscardii filius, fidelitatem et subjectionem profiteor vestræ majestati, hoc est, tibi imperatori Romanorum domino Alexio, et principi ac filio tuo Porphyrogenito; et spondeo me vobis lizium omnem verum ac sincerum fore, quandiu spiritum ducam, et cum vivis numerabor, armaturumque manum contra omnes qui ex hoc tempore sese proferent hostes majestatis vestræ, imperatorum Romanæ ditionis semper Augustorum. Vester tantum labor fuerit jubere ac præcipere quo loco ac tempore velitis me præsto adesse cum meis copiis universis: obsequar extemplo sine excusatione, sine mora, navaboque fidelem et quam utilissimam vobis operam, prout res præsentis exigent, perduellibus vestris, aut quibuscunque quomocunque vobis infensis (nisi forte immortalibus similes angelis sint invulnerabiles nostris hastis, et adamantinis solidi corporibus rigeant), toto impetu pro vestra causa et majestate impetendis ac debellandis. Ac si ego quidem et corpore valebo, et a bello quocunque barbarico aut Turcico liber fuero, per me ipse præsens ductabo meas copias, cumque iis meum caput et **408** corpus in pugnae discrimen vestra causa dabo. Sin me, qualia multa humanam vitam incommoda infestant, aut gravis morbus impedierit, aut bellum incumbens ad sese alio traxerit, tunc polliceor missurum me quam potero validissimum auxilium virorum fortium qui mihi subsunt, qui ad vestrum nutum quo jubebitis præsto futuri, meum obsequium repræsentent et defectum suppleant. Hæc enim recta fides est, quam hodie majestati vestræ obligo, aut per me aut per alios, ut dixi, illibatum tueri subjectionis officium; hoc sensu rectam fidem juro, et universim et per partes, pro vestra amplitudine ac potentia, proque vestra vita, hac, inquam, infima terrestrique ac naturali vita, tuenda propugnandaque, non minus inconcussus ac constans quam ferrea vel ære fusa ductave statua in armis

Variaë lectiones ex cod. Coislín.

^α ὁ Βαϊμοῦντος. ^β Deest vox κῦρ.

me staturum : juram utumque eorumque extendo, ut non tantum pro membris vestris regis, sed etiam pro honore defendendo vestro, dignitateque ac fama tuendis contra quoscunque ledere illas aut violare quomodolibet attentantes, vel parantes, tota vi ac potentia mea veniam; injuriam pro meo virili prohibiturus. Nec pro fama et existimatione solum vestra, sed etiam pro quavis regione, urbe, parva vel magna, insulis quoque ipsis; denique, ut verbo dicam, pro quocunque loco terræ marisque sceptris vestris obnoxio, ab Adriatico pelago, usque ad totum Orientem, et per latitudinem magnæ Asiæ, ubi Romanorum fines erant. Promitto præterea, et erit promissorum testis et auditor Deus, nullam me unquam regionem subjectam sceptris vestris, sive nunc, sive prius, seu urbs illa, seu insula fuerit, habiturum possessurumve me, aut mihi vindicaturam, præter eas terras et loca nominatim mox exprimenda in præsentis scripto, quæ mihi distincte donatæ sunt ab divinitus electa majestate vestra : iis duntaxat exceptis, cætera plane omnia, quæ vel alias complectebatur, vel nunc complectitur, per Orientem perque Occidentem Constantinopolitanum imperium propria per me vobis et jure quam optimo peculiariter erunt. Quod si quam forte armis subjicere quivero regionem, presentibus ejus possessoribus bello exterminandis, quæ olim aliquando ad Romanum imperium pertinuerit, polliceor me ad vestrum arbitrium delaturum victoriæ illius meæ fructum, expectaturumque obnoxie quid de eo constituere vobis placeat; ac si quidem vobis videbitur administrationem et precariam potestatem provinciæ talis a me bello quæsitiæ, mihi concedere, id in gratiæ parte imputabo vobis : et novo nomine terræ ac possessionis istius homo vobis lizius et servus fidelis esse pergam. Sin aliud malueritis, tradam cum fide sine dilatione fraude **409** ulla, totam illam terram urbesque et arces cuicunque a majestate vestra ad id designato missoque viro. Imo si quis forte sit qui quomodocunque possessam ereptamve hostibus urbem magnam minutamve quamlibet, ex iis quæ sub dominio Romani principatus aliquando fuerunt, mihi prode, aut in potestatem privatam meam transferre, mihi proprie possidendam attribuere velit, utique recusabo : sed sive illa oppugnatione mea alteriusve capta, sive extra oppugnationem mihi aliive dedita, vestra, ut prius fuerant, sic deinceps erunt et permanebunt, me nihil in contrarium allegare causarumque valituro. Sed neque juramentum accipiam a quoquam Christiano, aut dabo cuiquam alteri, fidelitatemve promittam aut conventionem inibo ullam, quæ in ullum detrimentum, incommodum aut damnum personæ, majestatis, aut imperii vestri possint vergere. Sed neque homo alterius sive principis aut principatus majoris minorisve, præter quam majestatis vestræ,

Felicitas audaciæ respondit. Victi sunt Barbari, et cladis Inopinatissimæ **432** nuntio, qua tam multi suorum a tam paucis nostrorum fusi fugatique fuerant, percussus sultanus, missis ad imperatorem legatis de pace cum eo cepit agere. Fatebantur legati diu esse cum dominus ipsorum cuperet pacem Musulmanos inter et Romanos videre constitutam. Vere ita erat. Nam is princeps longo jam ex tempore continenter auditis successibus Alexii Augusti, ut prudenter se, ut fortiter contra hostes omnis generis gesserit: ut angustiis, ut periculis ex maximis virtute se ac consilio explicuerat, præstanti sensim præoccupatus opinione viri ac veneratione quadam erat. Cui cum ad cumulum accessit recens experientia offensionis ipsum ad limen factæ, ex qua, uti ex simbria vestem aiunt, et ex ungue leonem, ita bellum hoc totum quale demum futurum quæve fortuna sit gerendum, intelligere liceret, mora jam nulla esse potuit quin ad consilia pacis cum imperatore componendæ mentem sultanus et cogitationem appelleret. Cum igitur advenissent e Perside legati, resedit imperator sublimi solio. Prætoriani omnes omnis linguæ ac generis ordine quisque suo circum dispositi terribilem in speciem; nec deerant quorum formidolosior aspectus erat securibus in humero positis armati Barbari perpetuam in seriem loco suo digesti. Per horum ora armaque minaciter reñidentia longa via deducuntur legati Persæ ad Imperiale solium. Inde Augustus eos quæ res ac tempus poscebat de sultano percentatus, auditisque vicissim quæ ipsi afferrent, significavit placere sibi quoque pacem Persas inter et Romanos æquam et firmam fieri. Perrexit exquirere deinde quid sultanus posceret. Recitantur a legatis postulata ejus. In iis esse aliqua statim Augustus vidit Romanæ rei parum commoda. Eo igitur eloquentiam, qua valebat plurimum, convertit suam, ut pertinaciam in iis obtinendis capitibus invictam adimeret. Multa in eam rem excusavit, multa monuit, multis commemoratis varie, atque ad rem suam apte accommodatis arte ingenioque plurimis evicti, tandem ut pro ea quam habebant, res ex præsentî notitia moderandi, potestate, conditionibus istis imperio noxiis non hærerent mordicus; sed iis relaxandis in sententiam imperatoris se duci paterentur. Hoc expresso consensu dimissi Persæ in ample ipsis et commode paratum tabernaculum deducti sunt; mandante ipsis in digressu Augusto, ut ibi per otium de dictis ultro citroque sermone primo isto etiam atque etiam cogitarent: pollicens fore, si quidem in sententia perstarent, et in iis quæ sibi jam æqua videri declarassent, toto sibi animo totaque sententia perseverandum ducerent: crastina ipsa statim die pacem cujus tractandæ causa venerant momento absolvendam firmandamque. Mirifice ipsis quæ dicebat imperator placere videbantur omnia. Nec nox consilium mutavit. Postridie, in primis volentibus atque annitentibus legatis, conventum in certas leges tractatioque concordiæ felici exitu conclusa. Ejusmodi pacis ejus leges erant, ut satis appareret nequaquam ea tempore

Variæ lectiones ex cod. Coislín.

⁴⁰ ἐπερωτήσας. ⁴¹ διὰ. ⁴² συμφωνούμενα. ⁴³ καὶ τῶν αὐτοῦ βουλευμάτων ἡστόνει. ⁴⁴ καὶ ὅλων ἀτυντελής μετὰ ταῦτα γέγονε, τῶν πραγμάτων ἄλλως πως διακυβευθέντων.

Car. Dufresnii Du Cingii notæ.

(40) Μουσουλμάνων. Vim vocis prodit Leunclavius in Pand. n. 22 et 59.

tali sananda, se suave privatim Augustum attendisse, verum, ut solebat semper, rei comuni^s utilitatem et sceptri Romani majestatem spectasse unam; magna profecto nostra et in tempus omne propaganda posterum felicitate, **433** si durasset tam salutaris ista concordia. Nam intervenit fatalis vis, et hoc exempto rebus humanis, longe aliam, culpa succedentium, orbis Romanæ reipublicæ conversionem cepit. Aliis consiliis, alii successus; et perturbatissima secuta tempora in locum venerunt pacis hujus fundatissimæ, quæ ut priores nostras universas miserias absolverat, ita non dubiam posteritati, modo retineri potuisset, tranquillitatem in tempus omne promittebat consequens. Superis aliter visum; adempta cum Alexio pariter spes salusque publica; conatumque hunc ejus beatæ posteritatis, confusis, hoc sublato, rebus, fecit irritum eorum imprudentia, qui habenas imperii relictas ab eo, peritiam deinde non pari tractarunt.

Οἱ δὲ τοῦ Φραγγικοῦ στόλου ἡγεμόνες διὰ τῶν **A** περισωθέντων ἀπὸ τῶν πέντε δρομάδων νηῶν τὰ πρὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου, ὡς εἴρηται, βεβαιωθέντες, καὶ ὅτι ὁ βασιλεὺς τὸν στόλον εὐτρεπίσας τὴν αὐτῶν ἐφοδὸν περὶ τὴν Χερβρόνησον περιμένειον ἐνδιατρίθει, τοῦ προτέρου σκοποῦ ἀπέστησαν, μηδὲν τοῖς μέρεσι Ῥωμανίας πλησιάσαι θελήσαντες. Παραχειμάσας οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς Καλλιούπολιν μετὰ τῆς βασιλίδος· συνείπετο γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν τῶν ποδῶν ὀδύνην, ὡς πολλάκις ἰσθόρηται⁶⁴, καὶ τὸν γαιρὸν καθ' ὃν ὁ τῶν Λατίνων εἴθεον παραπλεῖν στόλος παραφυλαξάμενος εἰς τὴν βασιλεύουσαν ὑπέστρεψεν. Οὐ πολὺς παρίππευκε χρόνος καὶ Τούρκων ἐφοδὸς καταγγέλλεται ἐξ ἀπασῶν τῶν τῆς Ἀνατολῆς χωρῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χορασάν⁶⁵ ὡς εἰς πενήτηκοντα χιλιάδας συμπορευμένων· οὐδὲ γάρ⁶⁶ πρὸς βραχὺ Ῥοστώνης μετελήγει τὸν ἅπαντα τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ χρόνον, ἄλλων καὶ ἄλλων ἐπιφρομένων πολεμίων⁶⁷ διηνεκῶς. Μετακαλεῖται τοῖνυν ἅπανταχόθεν τὸ ὀπλιτικὸν ἅπαν, καὶ τοῦ καιροῦ στοχασάμενος, καθ' ὃν καιρὸν (41) σύνθησε τοῖς Βαρβάραις τὰς κατὰ τῶν Χριστιανῶν⁶⁸ ἐκδρομὰς ποιεῖσθαι, τὸν ἀναμεταξὺ Βυζαντίου καὶ Δαμάσκου διαπερῆ πορθμὸν. Καὶ οὐδὲ ἡ ἐπιληθοῦσα τούτῳ τῶν ποδῶν περιωδυνία ἀπέριξε τοῦ ἔργου, ἥτις οὔτε τετὶ τῶν προγόνων ξυμβέβηκε πρότερον, ἵνα τις ἐκ σπερματικῶν λόγων καὶ εἰς αὐτὸν κατιούσαν νομίσει τὴν νόσον, οὔτε ἐκ διαίτης ἀβραῆς, ὅποια τοῖς διαβρέουσι τὸν βίον καὶ φιληθόναις συμβαίνειν εἴθεον, ἀλλ' ὅπως αὐτῷ ἡ διάθεσις τῶν ποδῶν ἐπηρέαζεν, **C** ἐγὼ διηγήσομαι. Ἐσφαίριζε ποτε γυμναζόμενος συσφαιρίζοντα καὶ τὸν Τατίκιον ἔχων, περὶ οὗ πολλάκις διεβλήθη. Ὅς καὶ ὑπὸ⁶⁹ τοῦ ἵππου παρασυρεῖς, ἐμπίπτει τῷ βασιλεῖ, κἀντεῦθεν ἀλγήσας τὴν κεφαλίδα τοῦ γόνατος⁷⁰, καὶ αὐτὴν ὄλον τὸν πόδα διὰ τὸ ἀκροβαρὲς τῆς καταφορᾶς, οὐκ ἐνεδείξατο μὲν ἀλγήσαι φερεπονώτατος ὢν· ὁμῶς μέντοι μικρῶς τινος τυχεῖν ἐπιμελείας, καὶ κατ' ὀλίγον ἐς τὸ ἀνώδυον ἐλθεῖν τῶν συνήθων διατριβῶν εἶχετο. Αὕτη μὲν οὖν πρώτη αἰτία τῆς τῶν ποδῶν ἀλγηδόνος τοῦ βασιλέως· αἱ γὰρ ὀδύνηαι τῶν τόπων, εἰς ἐαυτὰς τὰ ρεύματα ἐφειλύσαντο. Δευτέρα (42) καὶ

Ad classem redeamus Francicam, cujus moderatores ubi certo compertum est cogitationem abjecisse tentandæ cominus Romanæ: quod eos a tali consilio deterruisset indicium eorum qui e speculatione illa prima de qua diximus, quinque dromadum, captis reliquis pauci vix salvi redierant; retulerantque firmam et numerosam esse Romanam classem; Augustum vero intrepido animo bene paratum adversus quamcunque vim, hostem apud Cherrhonesum opperiri; ut, inquam, Augusto satis constitit Gallos hisce nuntiis percussos alio spes curasque vertere, neque ab iis, nunc quidem, periculum instare, tum sane ipse maturum credidit in commodiorem hibernis locum demigrare. Ad id delecta Calliopolis, quo ut se contulit, præsto habuit Augustam matrem meam: cui castra sequendi, degendique peregre, causa erat prima et necessaria, de qua sæpe diximus, ministerium viro adhibendum in gravi pedum morbo quo is laborabat. Calliopoli Augustus velut in excubiis quibusdam fuit toto eo tempore quo commeare per illa maria classes Latine solent; eo demum transacto jam securus in urbem regiam se recipit. Non diu ibi quieverat cum trepidis excitatur nuntiis ingentis irruptionis Turcorum ex cunctis Orientis regionibus et ex ipso Corosane ad quinquaginta millia congregatorum. Nimirum fatale meo patri fuit ut ne ad momentum quidem toto principatus sui tempore, cura et labore vacuus posset vivere. Adeo alii continuo ex aliis succrescebant hostes: alia ex aliis bella surgebant! Novo periculo novis consiliis occurritur. Convocat imperator ad seque cogit undique militiam Romanam universam; et assecutus conjectura tempus, quo tempore pro more ipsorum pridem observato incursaturi Christianorum terras isti Barbari videbantur, præoccupare illud expeditione maturanda, et prodire illis obviam statuit. Fretum ergo quod Damalim et Byzantium interjacet, transit: nec forte per eos dies ingravescens eum retardavit pedum dolor. Affligi Alexium istq morbo tam pertinaciter videri mirum poterat. Nam neque repetenti domesticam ejus memoriam quisquam occurreret

Variae lectiones ex cod. Coisl. in.

⁶⁴ ἰσθόρητο. ⁶⁵ Deest vocula γάρ. ⁶⁶ πολέμων. ⁶⁷ γένους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(41) Καθ' ὃν καιρὸν. Vide notas ad Villhard. n. 29.

⁶⁸ Desunt voces κατὰ τῶν Χριστιανῶν. ⁶⁹ παρὰ

(42) Δευτέρα. His duabus, Ποδαλγίας, seu Pod-

græ Alexii parentis causis, tertiam addere poterat Anna, quam Nicephorus Callist. lib. xviii, cap. 40, refert, Constantinopolim nempe incolentes hæ-

inter ejus proavos aut tota serie majorum malo simili affectus, ut familiaris hæc infirmitas et principali vi quadam quasi per traducem propagata existimari posset. Neque rursus ille unquam molli ac voluptariæ 434 se vitæ dedit, ut luxuriæ atque intemperantiæ causa hujus incommodi verisimiliter assignaretur. Ego vero, prout comperi, veram morbi hujus originem proferam. Domitabat equum aliquando flectebatque in orbem ac per omnes artis pyros et modulos scite frenis adductis circumagebat, socio exercitationis ludicræ Taticio, eo ipso de quo nobis crebra in superioribus mentio fuit. Is tum Taticius equi forte ferocis vehementi abreptus impetu in Augustum toto sui pondere transversus impingitur; unde illi nodus alterius genuum gravi pulsu contusus et ipse doluit, et societate partium continuitateque nervorum acrem usque in pedem totum propagavit dolorem; quæ tamen, ut erat militari patientia adversus molestiarum sensum egregie munitus, in præsens fere dissimulavit ac vix tantisper moratus, quoad levi adhibito perfunctoriæ curationis delinimento, sopiri paululum dolor visus est, consuetis occupationibus et exercitationibus se statim reddidit. Hæc illi prima labes istius mali fuit quod devexiorem ejus infestam habuit ætatem. Etenim dolores partium in eas affluxum attrahunt humorum. Altera hujus incommodi eadem quæ aliorum ingentium causa imperatori fuit manifestior, atque adeo cunctis notissima, transitus Gallicorum exercituum innumerablem et eorum uno simul tempore undecunque confluentium ubi circumfusa atque infusa regis infinita multitudo. Quot inde, quam turbulentarum ac vehementium egerint, tulerint Augusti animum curarum fluctus, quis satis dixerit? Videbatque homo et eximie perspicax et impense studiosus publicæ rei, circumventum se suosque. Compleri ac comprehendere late omnia affluxu nulla ope prohibendo armatorum hominum, multitudine siderum, quod aiunt, et arenæ superante numerum: quorum et cupiditates infrenes privatorum, et male dissimulata ducum ambitio, consiliis trans obtentum religionis pellucens, invasionem Romani imperii somniantium, nihil mitius quam perniciem rei Romanæ supremam denuntiabant. Qua vi autem, quæve providentia tali periculo occurreret? armaret, educeret contra militiam nempe Romanam? primum tantam, quæ si tota conveniret, ne unam quidem aliquam de plurimis Gallicarum copiarum partibus æquare numero posset; deinde tam varie

Varie lectiones ex cod. Coislin:

⁶⁰ ὄλος. ⁶¹ ἐκείνην. ⁶² ἐρχομένου. ⁶³ ἕτερος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

maxime vexari solitos: Ἦς δὲ τῆς νόσου εὐθυρία κλητέτηκε δυστυχῆς τοῖς τῷ βασιλείῳ ἄστου κατοικοῦσι διαπαντός. Quod de Alexandria et Caria Cœlius Aurelianus Siccianus, lib. v *Tardar. passionum* cap. 2; de Atheniensi vero tractu, scripsit Lucretius, lib. vii:

ἐνεργεστέρα δὲ καὶ τῆς ὄλης ὀδύνης μήτηρ, τοιαύτη εἶς ἦν εἶς οὐκ εἶδε. Τὰ ἀπειρα τῶν Κελτῶν ἐκεῖνα πλήθη τῶν τὴν βασιλίδα πόλιν κατειληφότων, ὅποτε τῆς ἐαυτῶν ἀπανταχόθεν ἀπαναστάντες πρὸς ἡμᾶς ὤρμησαν. Τότε γὰρ οὗτος εἰς πελάγος ἀχωνὲς φροντίδων ἐμπεπτωκῶς καὶ ἐκ πολλῶν συνιδεῖν αὐτοὺς τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν ὀνειρώττοντας, ὅπερ τὴν ἄμμον δὲ καὶ τὰ ἄττρα τὴν αὐτῶν πληθὺν ὄρων, τὸς δὲ Ῥωμαϊκὰς ἀπάσας δυνάμεις, οὐδὲ πολλοστμήριον τούτων ἐξισουμένας, εἰ καὶ εἰς ἓν συναφθεῖεν, πολλῶ γε μᾶλλον διεσπαρμένων τῶν πλειόνων ὄντων, καὶ τῶν μὲν τὰ παρὰ τὴν Σερβίαν τέμπε καὶ Δαλματίαν ἐπιτηρούντων, τῶν δὲ τὰ περὶ τὸν Ἰστρον ὡς τὰς τῶν Κομάνων καὶ Δακῶν ἐφόδους φυλαττομένων, πολλῶν δὲ καὶ τὴν τοῦ Δυρράχίου φρουρὰν ἐμπιστευομένων ὡς μὴ ὑπὸ Κελτῶν καὶ αὐθις ἀλφῆ. Ταῦτα συνορῶν ὁ αὐτοκράτωρ ὄλος ⁶⁰ γίνεται τῶν Κελτῶν, τ' ἄλλα πάντα ἐν δευτέρῳ θέμενος, καὶ τὸ μὲν περίεξ ὑποκινούμενον βαρβαρικὸν καὶ μήπω ἐς φῶς ἐκρηῖξαν τὴν ἔχθραν, ἀξιωμασιν ἀνεῖργε καὶ δωραῖς, τῶν Κελτῶν δὲ τὴν ἐφῆσιν παντοίαις μεθοδῶν ἀναστῆλων, καὶ τῶν οἴκοι τὴν στάσιν οὐχ ἦτον ὅτι μὴ καὶ μᾶλλον ὑφορώμενος παντοίως φυλάττεσθαι ἐσπευδεν ἐντέχνως τούτων ἀπειργῶν τὰ βουλευμάτα. Ἀλλὰ τίς τῶν ἐπεισεσόντων αὐτῷ κακῶν τὸν κυκεῶνα ἀπαγγεῖλαι δυνήσεται; Παντοίως οὖν πρὸς πάντας γινόμενος καὶ συμμετασηματιζόμενος ὡς ἐνδὸν τοῖς πράγμασι πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἐνίστατο, καθάπερ τις δόκιμος Ιατρῶν τῷ τῆς τέχνης κανόνι χρώμενος· ἐπὶ τοῦ βασιλικῷ τοίγῳ ἅμα ἡμέρα καὶ εὐθύς ἡλίου τὴν ἀνατολικὴν ἀναθορόντος ἐρίζοντα καθῆστο θρόνου, κελεύων τοὺς Κελτοὺς ἅπαντας ἀκωλύτως εἰσεῖναι καθ' ἡμέραν ἐκάστην ⁶¹, ἅμα μὲν τὰς ἐαυτῶν αἰτήσεις ἀπαγγεῖλαι τούτους ἐθέλων, ἅμα δὲ καὶ τοῖς αὐτοῦ θελήμασιν ὑπάγεσθαι διὰ παντοίων λόγων αὐτοὺς μηχανώμενος. Οἱ δὲ Κελτοὶ κόμητες φύσει μὲν τὸ ἀνάσχοντον καὶ Ιταμὸν ἔχοντες, φύσει δὲ τὸ ἐρασιχρήματον, καὶ πρὸς πᾶν τὸ αὐτοῖς βουλευτὸν ἀκρατὲς καὶ πολυβρῆμον ὑπὲρ πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κεκτημένοι, οὐ σὺν εὐταξίᾳ τὴν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα εἰσοδὸν ἐποιοῦντο, ἀλλ' ὅπως ἂν ἕκαστος τῶν κομήτων ἐβούλετο, συμπαραλαμβάνων εἰσῆει, καὶ τούτου ἐχομένως ⁶², ἕτερος, ἐφεξῆς δὲ ἐκείνου ἄλλος ⁶³· εἰσερχόμενοι δὲ οὐ πρὸς ὕδωρ καθάπερ ποτὲ τοῖς βήτορσιν ἐφείτο τὴν ὁμιλίαν ἐποιοῦντο, ἀλλ' ὅπως ἕκαστος καὶ ὁ τυχὼν ἠβούλετο προσμιλεῖν τῷ αὐτοκράτορι χρόνον, τοσούτου καὶ ἐτύγχανεν. Οἱ δὲ τοιοῦτοι ὄντες τὸν τρόπον καὶ τὴν γλῶσσαν ἀσύμμετροι (45), καὶ μήτε τὸν αὐτοκρά-

Attida tentantur gressus, oculique in Achæis Finibus.

(45) Τὴν γλῶσσαν ἀσύμμετροι. Anna, lib. x, pag. 294, τριβομένου δὲ τοῦ καιροῦ διὰ τὸ φύσει λαλὸν τε καὶ μακρηγορώτατον τῶν Λατίνων. Mathæus Westmon. an. 1239, Francos, ut impetuosos

τορα αἰδούμενοι, μήτε τὸν καιρὸν παραρρέοντα εὐλαβούμενοι, μήτε τὴν τῶν ὀρώντων νέμεσιν ὑφωρώμενοι, οὐ τοῖς ὀπισθεν ἐρχομένοις, ἕκαστος τόπον ὀμίλιας παρεῖχεν, ἀλλ' ἀνέτως τὰς ὀμίλιας καὶ τὰς αἰτήσεις ἐποιούντο.

At tamque dissite sparsam, tam necessariis officiis procul distentam, ut nec cito sine miraculo, nec unquam sine periculo, aut potius exitio præsentis, unum in locum cogi posse videretur. Nimirum alii Romanorum militum per Serviam perque Dalmatiam angustos meatus vallium, claustra imperii, præsiidiis obtinebant; alii circa Istrum Comanis ac Dacis irruptiones assidue meditantibus objecti stabant; alios eosque plurimos Dyrhachii custodia periclitantis iterum a Gallis defixos isti limiti in excubiis utilissimis habebat. Hæc cernens, hæc reputans, quid aliud imperator ageret, quam quod urgebat maxime in eo procurando totos esset, posteriora interim duceret cætera? Parturiebant cæcas fraudes rapinasque ac bella solita clanculum parabant finitimi circum Barbari, nihil omnium Augusto nesciente. Verum quia Gallico discrimini totam impendere providentiam decreverat, donis et dignitatibus Barbarorum duces **435** occupavit, redemitque illo pretio securitatem ab eo genere periculi. Totum deinde animum omnesque ad vim Gallorum cohibendam, continendasque ab injuria cupiditates verit. Quauquam et subinde respectare illum alio suorum insidiæ conjurantium et operta defectiones molientium scelera cogebant. Neque hæc facilior, si verum latemur, vel ob explorationis difficultatem, vel ob anxietatem dissidentiae cautio erat. Tamen ille paratus atque semper occurrens ad varia velut multiplex, ad omnia unus sufficebat; cæterum quot ærumnis quantisque laboribus ista indefessæ vigiliæ custodia, ista sese ad omnium occasioꝝ usus varie torquentis atque fingentis habilitas prudentiæ, illi constiterit quis queat dicere? Gallos proprie quod attinet (nam his, ut dixi, potissimum invigilandum statuere, et more periti medici, cum nullam negligeret mali partem, tamen ei quæ periculosius urgeret, curationem adhibendam censebat attentiorẽ), Gallos, inquam, quod attinet, totos illis audiendis alloquendisque impendebat dies. Vidisses primo solis exortu insidentem solio Augustum, libera per suos facta Gallis promiscue omnibus ad se adeundi potestate; nam et quid cogitarent quidve cuperent cognoscere protinus ex ipsis auditu præsentis, sagacitate suspicionis etiam ultra dicta usque ad sensus exploratura intimos, sibi ad gubernationem rerum tali tempore, vel in primis utile putabat, et partes persuadendi eis quæ oportebat, eosdemque revocandi a noxiis rei Romanæ consiliis, sibi arbitrabatur usurpandas; vel fiducia suæ præstantis in dicendo facultatis, ac peritiæ tractandorum animum; vel quod minus aliis suppeterent, quibus ad eam rem fidei, artis, auctoritatis, satis inesse videretur. Utebantur porro cæta copia minime verecundi maximeque verbosi Galli comites; et cum quot cuique asseclis libebat ore illo suo duro et fronte sublimi ad imperatorem accedentes ejus aures obtundebant inexplebili loquacitate, cui materiam præbebat nunquam defecturam cum familiaris ac pene naturalis isti generi pecuniarum fames; tum acres et irrevocabiles in id omne quod concupierint impetus, qua dote velut sibi propria Gallorum gens supra omnes cæteras excellit. Hoc modo qui prior erat ingressus tumultuario et sine reverentia, ubi otiosissime quæcunque in buccam venerant effuderat, aderat alter qui sine intervallo succederet; et hunc excipiebat tertius quartus ac plures. Deinceps, qui nullo interspirandi spatio imperatori dato, pergebant miserum obruere quadam eluvie infiniti pen minus quam incompositi sermonis. Neque enim, quod rhetoribus præscribebatur olim, ad aquam ac clepsydræ dicendi tempus metiebantur, sed quivis inter eos etiam de vulgo fas sibi esse putabat quandiu cumque vellet cum imperatore colloqui. Quod quidem ita usurpabant homines qui nec agendi, nec loquendi modum nosset, ut nullo respectu præsentis majestatis, nullo elapsæ horæ, aut tædii circumstantium vultu et aspectu declarati, ratione habita, usque hærent instando ac petitionibus iterandis; nec consideratione, sed sætate, locum aliis cederent.

Τὸ δὲ λόγῳ δὲ τούτων καὶ θηρευτικῶν καὶ μικρολόγων τῶν λέξεων ἅπαντες μὲν ἴσασιν ὀπόσοις ἡθῶν ἀνθρώπων μέλει καταστοχάζεσθαι. Τοὺς δὲ τότε παρόντας ἀκριθέστερον ἢ κείρα δεδίδαχε. Καὶ γὰρ ἐπὶ τὴν ἑσπέρα καταλάβοι, αἴτιος δι' ὅλης ἡμέρας

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

et magniloquos perstringit. Britonum Armoricanorum garrulitatem sugillat Glaber Rad. lib. II, cap. 3; Normannorum Matthæus Paris, an. 1197, et Wilhelmus Brito, lib. V Philipp. Provinciales etiam hoc nomine carpit Guibertus, lib. II, cap. 18, ubi de Calmundo Santægidiano: *Erat autem præfatis nostris principibus ætate maturior, et exercitus, nisi quantum ad garrulos hominum provincialium mores spectat, nulli inferior.* Horum mores graphice etiam æscripsit et expressit Gervasius Tilberiensis, *Otiogram imper.* lib. II. *Est enim gens quam provin-*

Mores naturasque varias gentium conjecturis venari ac colligere quidam solent; de hac Gallica, qui Constantinopoli tum fuere, omnes satis experientia compertum habent **436** esse illam una profluentissimam verborum; tum astuta eandem

cialem appellamus; consilio perspicax, promissis fallax, opere cum vult efficax, sine armorum pondere bellicosa, pro sui paupertate in cibando larga, in nocendo insidiosa, inter probra taciturna, cum locus aut tempus suppetit malefacta memorat, bello navali circumspectu et victoriosa, calor patiens ac frigoris, famis, ac saturitatis, gens in substantia tenuis, quia vult, et abundantia pacis affluens quando vult. Si Dominum continuum haberet quem timeret, nulla gens citius frangeretur ad bonum, nec ulla, quia non est a quo reatur ad malum.

minutis et coniectandis acri, loquacitate ac lingua præditam. Hac odiositate putidæ prolixitatis sine lædii significatione perpetienda, cætera que vehementia et ineptiis cupidorum incivilliumque congressuum indefessâ patientiâ exhaustiendis, perseverabat Augustus præbere os placidum per dies integros a prima luce ad vesperam impransus impastusque in sella regia perdurans; tum sane ad tempestivam dudum cœnam, diætam respectabat. Ac ne sic quidem in noctem eam defugebatur diurna molestia. Pulsabant, instabant Galli; vel qui nondum auditi fuerant, vel illi ipsi quibus paulo ante horas totas dederat, novis votis calidi, novis petitionibus instructi quas sustinere in diem posterum nequirent, nocturnam admissionem flagitantes. Audiebantur ad faces. Jurgia hic rursus incompositæque voces atque interpellationum inurbanarum odiosissima confusio sinem habens nullum, vultu semper eodem, et statu constanti, tolerabantur ab Augusto: tanta quidem animi præsentis ut multis uno tempore tumultuario multa querentibus, prompte unus ad omnia sedateque responderet. Enimvero qui ex aula familiaque Augusta imperatori dum hæc gererentur apparebant, ferre interdum non poterant hominum præcaciã et contemptum præsentis majestatis: sed parantes intervenire admonereque oblitos officii compescebat Imperator, veritus irritabilia ingenia Francorum, cum quibus si suorum iræ quantumvis justæ conflictarentur, periculum esset ne scintilla ex collisu, e scintilla incendium existeret funestum Romanæ rei. Itaque non alio quam suæ mansuetudinis ac patientiæ satellitio dignitatem in his turbis tuens imperator propriam, mirum prorsus dabat specimen invictæ constantiæ; plane ut doctum malleo ferrum signum, aut ære fusa statua, in statu ac sede pernox

Variaë lectiones ex cod. Coisl. in.

⁶⁴ τούτων. ⁶⁵ τῆ τῶν. ⁶⁶ τυχόν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(44) *Τῶν μεσαζόντων.* Dicuntur μεσαζόντες, qui rebus gerendis in palatio præsent, seu quibus voluti sequestris principes res suas peragunt, ministri aulæ, Mampertino in Pæneg. *Rerum ministri* Manilio, lib. v, nuncupati. Nicetas in Mau. lib. i, n. 5: Ἐφρόντιζε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ εἰς τὰ τῶν δημοσίων πράγματα καταστῆσαι μεσαζόντας. Et infra: Μελεδωνόν δὲ μεσαζόντα τῶν οικείων υποθέσεων. Cantacuzenus, lib. iii, cap. 15: Τὴν μὲν τοῦ μεσαζέειν ὑπηρεσίαν ἐνεχειρίσθη. Unde frequentes adesse palatio ex officii debito necesse habebant. Idem Cantacuzenus, lib. iv, cap. 39: Παρόντος δὲ καὶ Κυθώνη, ὃς ἐνδον βασιλείων διέτριβεν αἰεὶ, οὐ μόνον διὰ τὴν εὐμένειαν, ἣν πολλὴν παρὰ βασιλέως ἐκαρπούτο, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς πράγμασι μεσαζών, ἀνάγκην εἶχεν αἰεὶ συνεῖναι βασιλεὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, etc. Ejusmodi Μεσαζόντων meminit etiam Pachymeres, lib. v, cap. 6. Summus vero rerum minister Μέγας Μεσαζών dicebatur, ejus proinde dignitas in palatio summa, cui Ducas cap. 21, 22 et 23, vestrorum Turcicorum dignitatem æquiparat. Mediatōres dicuntur sancto Cypriano, seu auctori *De cardinalibus ordinibus Christi*, in Prologo: Unde hæc sitis divitiarum miseris pectoribus

α μεμενηκῶς ἐξένίστατο τοῦ θρόνου πρὸς τὸν βασιλικὸν κοιτιώνων ἀπονεύων. Ἄλλ' οὐδ' οὕτως τῆς τῶν Κελτῶν ἡλευθεροῦτο ὀχλήσεως· ἄλλου γὰρ ἄλλον προφθάνοντος, οὐ τῶν ἀπολειφθέντων μόνον τῆς ἡμερινῆς ὀμιλίας, ἀλλὰ καὶ κείνων αὐθις ἐπανείντων, καὶ ἄλλας καὶ ἄλλας αἰτίας λόγων προβαλλομένων, ἐκείνος ἴστατο ἀκλινῆς τῆς τοσαύτης γλωσσαλγίας ἀνεχόμενος, περιστοιχούμενος ὑπὸ τῶν Κελτῶν. Καὶ ἦν ἰδεῖν καὶ πρὸς τὰς ἀπάγτων ὑποφορὰς ἐτοιμῶς τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα τὰς ἀνθυποφορὰς ποιούμενον· πέρας δὲ τῆς ἀκαίρου τούτων γλωσσαλγίας οὐκ ἦν. Ὅπηνίκα δὲ τις ἀνακόψαι τῶν μεσαζόντων (44) τούτους ἐπεχείρει, παρὰ τοῦ βασιλέως ἀνεκόπτετο. Τὸ γὰρ τῶν Φράγγων ⁶⁴ φύσει ὀργίλον (45) γινώσκων ἐδεδίει μὴ ἐκ μικρᾶς προφάσεως μέγας πυρὸς σκανδάλου ἀναφθῆ, καὶ τοῦτου μεγάλῃ ἐσειταὶ βλάβη τῆ ⁶⁵ Ῥωμαίων ἀρχῆ. Καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς παραδοξότατον τὸ φαινόμενον· ὡσπερ γὰρ σφυρήλατος ἀνδριάς ἢ ἀπὸ τινος χαλκοῦ τυχόν ἢ ψυχρηλάτου σιδήρου κατασκευασμένος, οὕτω παννύχιος ἴστατο ἐξ ἑσπέρας πολλάκις μὲν μέχρι νυκτός, πολλάκις δὲ καὶ τρίτης ἀλεκτοροφωνίας, ἔστι δ' ὅτε σχεδὸν ⁶⁶ καὶ περὶ τὰς σαφειστάτας ἡλίου αὐγὰς· πάντες δὲ κεκμηκότες πολλάκις μεθιστάμενοι ἀνέπαυον ἑαυτοὺς καὶ αὐθις εἰσήεσαν δυσχεραίνοντες. Κάντεῦθεν οὕτως ἔδυνατο τῶν συνόντων αὐτῷ πρὸς τὴν τοσαύτην ἀμετακλινῆ στήσιν, ἀλλὰ μετώχλαζον ἅπαντες, ἄλλοτε ἄλλος, καὶ ὁ μὲν ἐφηδράζετο, ὁ δὲ ἐπλαγίαζε τὴν κεφαλὴν ἐρεϊσάμενος, ὁ δ' εἰς τοῖχον ὑπερῖδεν ἑαυτὸν· μόνος πρὸς τὸν τοσαῦτον πόνον ἀμειλίχτως εἶχεν ὁ βασιλεύς. Καὶ τίς γὰρ τῆς ἐκείνου φέρεπονίας λόγος ἐφίκοιτο! μυριάδου γὰρ οὐσης τῆς διαλέξεως, πολλὰ μὲν ἕκαστος ἐλάλει, καὶ ἀμετροπέτης ἐκοίφισ, καθ' Ὅμηρον (46). Ἄλλος μεταστάς παρεδίδου ἑτέρῳ τὴν λαλίαν, καὶ κείνος εἰς ἄλλον μετέπεμπεν,

assidet, et ambitionis salsugo bibulum animum occupat, ut per fas et nefas ad loca superiora, etiam de latebris eremi, nonnulli se ingerant: et de omni gradu ubi aliquis altius patet anhelii prodeant, discurrant ad juvices, blandiantur mediatoribus, conducant auxiliares, et modis omnibus elaborent, ut sedant cum principibus. Μεσάται, Pachymeri, lib. vi, cap. 26; 411 lib. ix, cap. 8, iidem qui Mediatōres hoc loco. Vide eundem lib. iv, cap. 5.

(45) *Φράγγων ὀργίλον.* Nicetas in Andronico, lib. i *De Latinis*, seu Normanno-Siculis: Μόνη οἱ τοῦ γένους τούτου τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι οἶδασι, καὶ οἷς οὕτως ἐπιτάσσει ὀργίλως ὑπενδιδόναι πεφύκασι. Tudebodus, lib. i: *Franci pleni erant invidia et tumida superbia.* Tyrinus, lib. xvi, cap. 23: *Francorum fastus non serens.* Ordericus, lib. ix: *Superbi Francigenæ;* Abbo, lib. ii *De obsid. Paris.* Quippe supercilium, veneris quoque sæda voluptas, Ac vestis pretiosæ elatio te tibi tollunt. Matthæus Westmon. an. 1272: *Galli igitur, qui nunquam indignatione et jactantia caruerunt, quorum superbia ad exierminium perveniet,* etc.

(46) *Il. ad. B, vers. 212.*

εἶτ' αὖθις οὗτος εἰς ἕτερον. Καὶ ἦν μὲν ἐν διαλειμ-
 μασι τούτοις ἡ στάσις. Ὁ δὲ τὴν στάσιν εἶχεν
 ἀπέραντον μέχρι πρώτης ἢ δευτέρας ἀλεκτοροφω-
 νίας. Μικρὸν δ' ἀναπαυόμενος ἡλίου πάλιν ἀνίσχον-
 τος ἐπὶ τοῦ θρόνου καθῆστο, καὶ πάλιν ἕτεροι πόνοι
 καὶ ἀγῶνες διπλοῖ τοὺς νυκτερινοὺς ἐκαίνους διαδε-
 χόμενοι. Ἐκ ταύτης τοιγαροῦν τῆς αἰτίας ἡ ὀδύνη
 τῶν ποδῶν ἐνσκήπτει τοῦ αὐτοκράτορος. Ἐκτοτε
 δὲ μέχρι τέλους ἐκ διαστημάτων τινῶν χρονικῶν
 ἐκπῆι τὸ ρεῦμα ὀδύνην ἐπάγον ἐφυδρον. Ὁ δὲ το-
 σοῦτον ἐγκαρτερῶν ἦν, ὡς μηδέποτε γογγυστικὸν
 εἶπειν ῥῆμα, ἀλλὰ τὸ ἀξίως πάσχων· *Εὐλόγως μοι
 ταῦτα γίνεται διὰ τῆν τῶν ἐμῶν ἀμαρτιῶν πλη-
 θύν.* Εἰ καὶ που δὲ τῶν χειλέων αὐτοῦ ῥῆμα μικρο-
 ψυχίας ἐκδεδραμῆκει, εὐθύς τῷ τοῦ σταυροῦ σημειῶ
 κατὰ τοῦ παλαμναίου ἐχρῆτο δαίμονος, *Φεῦγε, λέ-
 γων, ἐξ ἐμοῦ, πονηρό· οὐαὶ σοὶ καὶ τοῖς κατὰ
 τῶν Χριστιανῶν μηχανήμασιν!* Ἀλλὰ τὰ μὲν
 τῆς τῶν ποδῶν ἀλγηδόνας ἱκανῶς ἡμῖν εἰρή-
 σθω τὰ νῦν. Εἰ δέ τις τῇ νόσῳ ταύτῃ συνήρατο,
 καὶ τοῦ κεραρθέτου τούτῳ μεστοῦ πικρίας κρα-
 τῆρος, καθὼς ἐν δόλοισι ἐνσημανούμεθ, ἴνα μὴ
 λέγω τὸ πᾶν, καὶ τὰς ἀλγηδόνας συνηύξανε, καὶ ἡ
 βασιλεὺς μέλιτι τὸν κρατῆρα περιχρίουσα τὰ πολλὰ
 διολισθαίνειν τῶν κακῶν ἐμηχανᾶτο, φύλαξ ἀνύστα-
 κτος τοῦ αὐτοκράτορος· οὔσα, προσεβρίθῃ καὶ
 οὗτος τῷ λόγῳ, καὶ ἔστω τρίτη τις αἰτία τῆς νόσου
 τοῦ βασιλέως, οὐ προκαταρκτικὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ
 συνεκτικωτάτη καὶ τοὺς παῖδας τῶν ἰατρῶν· οὐ
 γὰρ καθάπαξ προσκεκρουκῶς ἐκαίνους ἀπῆν, ἀλλὰ
 συμπαρῆν καὶ συμπαρωμάρτει, ὡς ἐν τοῖς ἀγγελίοις
 εἰ πονηρότατοι τῶν χυμῶν· μᾶλλον δὲ εἰ τις εἰς τὴν
 ἐκαίνου φύσιν ἀπειῖδαν, οὐ μόνον αἰτία νόσηματος ἦν,
 ἀλλὰ καὶ ἀντικρυς νόσημα καὶ βαρύτερον αὐμ-
 πτωμα.

quidem vi animi; sed firmitas corporis continuata diurnæ nocturnæque molestiæ injuria languescens,
 efficiebat ut duplo sere gravior ad sensum experientiae labor videretur is qui tot jam exantlatis
 superveniret. Hæc maxime causa intendit confirmavitque imperatori dolorem pedum, qui deinceps
 non destitit ad finem usque certis intervallis aerem ipsi ex humoris affluxu dolorem incutere, cujus ille
 sensum egregia semper patientia dissimulabat, nunquam auditus conqueri, aut verbum vel unum
 mittere quo divinum Numen incensare videretur. Illa vero subinde iterantem exaudires: *Dignus sum
 qui hæc patiar; merito mihi talia contingunt ob multitudinem peccatorum meorum.* Quod si quæ
 aliquando per vehementiam doloris vox labilis effugeret imbecillitatem quamdam indicans et abjectio-
 nem animi ferendo imparis, statim signo crucis adversus execrabilem utebatur dæmonem, *Fuge,
 inquit, a me scelerate; vae tibi et tuis contra Christianos machinationibus.* Hactenus de dolore pedum
 qui imperatorem extremis annis exercuit, dictum a nobis satis esto. Utrum adtem ad istius causa-
 morbi symbolam malignæ virtutis aliquam quoque contulerit plenus ille amaritudinis crater et mistus?
 Equidem subaudivisse quædam fateor paucis, et quasi furtim ac timide suggesta; sed quæ nec ipsa
 ut omnia memorando adjungere opus est; cui enim id foret usui, nisi ad reficandum mentione ipsa
 et augendum acerbissimum dolorem? Quanquam Augusta quidem non deerat, craterem melle cir-
 cumfluens, atque efficiens, ut isto quasi lapsantia lubrico mala pleraque ex insidiis inmissa, prius
 irrita corruerent, quam quod petebant attingissent caput: sicque non exiguum ferens fructum acris
 illius inconviventisque custodiæ qua in Augusti salutem assidue vigil excubabat, Tamen quoniam vi-
 tandis incommodis una plurimis continuo undique ingruentibus vix unquam par est ulla humana pro-
 videntia, tertiam quoque istam adjiciamus sane causam morbi sordici quo est Augustus infestatus,
 causam non extrinsecus appulsam longeque venientem, sed penitus insitam profundeque conceptam
 visceribus ac medullis intimis: quæ duo genera causarum distinguere in scrutandis originibus mor-
 borum consuevere medicorum pueri. Dudum, inquam, ab Augusto aberat ille qui olim in eum im-

A durans, a vespera sæpius ad noctem mediam, sæpe
 ad tertium gallicinium, interdum usque ad albe-
 scens a sole redeunte cælum disceptationibus im-
 modicis zures, animum, vocem præbebat ad omnes
 undas subinde succedentium unus objectu semper
 solido sufficiens. Unus plane; nam aulicorum præ-
 torianorumve prorsus erat nemo qui standi conti-
 nuatione non fatisceret. Plerique igitur subinde
 dilabentes furtim alicubi præcumbebant, quieturi
 paululum, mox sese loco perinviti quidem, ac non
 nisi officio cogente, reddituri. Qui vero ministerii
 necessitate ac verecundia retenti perstabant, si al-
 terum in pedem alternatione subinde mutata inni-
 tebantur; quidam sessitabant uspiam; alii caput
 certe lassitudine et somni tentatione inflexum,
 cubito rei solidæ inuixæ sustinebant; postremo non
 deerant qui apprimentes se parietis sessionis quem-
 dam usum mole corporis in fulcrum exonerata fu-
 rarentur; vegeto interim ad omnia et velut recente
 semper Augusto apparente, cujus ideo firmitatem
 pectoris et tolerantiae robur incredibilis quæ satis
 prædicare queat oratio? Tumultu vario fervebant
 late cuncta; turba bullicbat circum ingens; multa
 simul omnes garriebant pro se quisque, atque ut
 Homerus habet, mistim fracto velut graculorum
 murmure *sive sine modove fremebant.* Singulos
 fabulando jurgandoque lassos ideoque recedentes,
 excipiebant recentes alii, et ipsi longo colloquio
 verbis exhaustis novos nec minus linguosos suc-
 cessores **437** habituri. Vices ergo ipsis et spatia
 cessandi erant; Augusto interspirandi mora nulla;
 in vestigio ei perstandum a prima face ad primum
 alterumve galli cantum. Tunc gustato somno mo-
 dico, sole rursus oriente se reddebat throno et in
 orbem hesternæ contentionis redibat, eadem ille

quidem vi animi; sed firmitas corporis continuata diurnæ nocturnæque molestiæ injuria languescens,
 efficiebat ut duplo sere gravior ad sensum experientiae labor videretur is qui tot jam exantlatis
 superveniret. Hæc maxime causa intendit confirmavitque imperatori dolorem pedum, qui deinceps
 non destitit ad finem usque certis intervallis aerem ipsi ex humoris affluxu dolorem incutere, cujus ille
 sensum egregia semper patientia dissimulabat, nunquam auditus conqueri, aut verbum vel unum
 mittere quo divinum Numen incensare videretur. Illa vero subinde iterantem exaudires: *Dignus sum
 qui hæc patiar; merito mihi talia contingunt ob multitudinem peccatorum meorum.* Quod si quæ
 aliquando per vehementiam doloris vox labilis effugeret imbecillitatem quamdam indicans et abjectio-
 nem animi ferendo imparis, statim signo crucis adversus execrabilem utebatur dæmonem, *Fuge,
 inquit, a me scelerate; vae tibi et tuis contra Christianos machinationibus.* Hactenus de dolore pedum
 qui imperatorem extremis annis exercuit, dictum a nobis satis esto. Utrum adtem ad istius causa-
 morbi symbolam malignæ virtutis aliquam quoque contulerit plenus ille amaritudinis crater et mistus?
 Equidem subaudivisse quædam fateor paucis, et quasi furtim ac timide suggesta; sed quæ nec ipsa
 ut omnia memorando adjungere opus est; cui enim id foret usui, nisi ad reficandum mentione ipsa
 et augendum acerbissimum dolorem? Quanquam Augusta quidem non deerat, craterem melle cir-
 cumfluens, atque efficiens, ut isto quasi lapsantia lubrico mala pleraque ex insidiis inmissa, prius
 irrita corruerent, quam quod petebant attingissent caput: sicque non exiguum ferens fructum acris
 illius inconviventisque custodiæ qua in Augusti salutem assidue vigil excubabat, Tamen quoniam vi-
 tandis incommodis una plurimis continuo undique ingruentibus vix unquam par est ulla humana pro-
 videntia, tertiam quoque istam adjiciamus sane causam morbi sordici quo est Augustus infestatus,
 causam non extrinsecus appulsam longeque venientem, sed penitus insitam profundeque conceptam
 visceribus ac medullis intimis: quæ duo genera causarum distinguere in scrutandis originibus mor-
 borum consuevere medicorum pueri. Dudum, inquam, ab Augusto aberat ille qui olim in eum im-

pingens primam dolori pedum occasionem dederat ut diximus; verum eum quocumque sequebantur venis intestinisque clausi maligni succi, non tam fortasse natura ac tempore quam maleficio aut potius veneficio corrupti in tam pestilentem qualitatem, ut si quis totam ægri hujus habitudinem pernosceret penitus, non jam istos humores morbi causam tantum, sed morbum ipsos plane præsentissimum gravissimumque diceret.

Verum nunc quidem admorsa lingua, viæ regię A marginibus continere orationem expedit, alioqui gestientem excurrere in campos adversus insidiatōres sceleratissimos; ac cedamus in præsens sane tempori; et vera de his rebus memorandi **438** libertatem in suam occasionem reservemus. Redocamus autem narrationem e diverticulo in quod prima causa morbi pedum, et imperatoris in Gallis audiendis laboriosa perseverantia, eam averterat, ad cæteram historię seriem persequendam. Ultra Damalim stationem habente imperatore (illo enim trajecisse ipsum docuit proxima nostra ante digressionem oratio) confluebant ad eum in horas accersitæ undique copiæ crebræ nivis ritu; fervebat fretum assiduo trajectu commeanium ad Augustum partim expectantem quoad conveniendū spatium sui milites haberent: partim experientem equid posset ibi subsistens, quiete modica delinire dolorem pedum, et illo remittente paululum, expeditionem alacrior prosequi. Inter hæc commisso forte plenilunio cum id nocte quadam conspicatus imperator esset, clare dixit, præsentē Augusta et ad delinimentum doloris pedum sedulo ut solebat satagente: *Si quidem excurrere ad prædas Turci decrevere, utique hoc tempus habent ei consilio aptissimum. Quare angor equidem quod occasionem omiserim præoccupandæ illorum irruptionis. Vespere sic locutus imperator est. Diei posteræ diluculo ingressus cubiculum principum eunuchus cui erat ejus cura demandata, irruptionem Turcorum in Nicææ viciniam nuntiavit ostenditque scriptum Eustachii Camyitzæ quid Turci agerent, quot quove statu essent exponens. Ad eum imperator nuntium moras abrumpit omnes, dolorisque oblitus ac morbi, curru statim conscenso, cujus habenas manu ipse dextera moderabatur, iter cepit Nicæam versus. Feruntur eodem magno pro se quisque studio milites, sumptis raptim hastis utrimque dispositi turmatim, quidam procurrentes, assecutantes retro cæteri, mira omnes alacritate quam præsens conspectus et generosa fiducia ducentis contra Barbaros Augusti cunctis inspirabat. Turbabat paulisper id gaudium com-*

Varie lectiones ex cod. Coislino.

⁶⁷ λόγον. ⁶⁸ δέ. ⁶⁹ Αιγιάλους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(47) Λόγον. Locus, ni fallor, luxatus. Quid enim est Alexium Nicæam contra Turcos profectum esse, et cum iis bellum initurum τῇ δεξιᾷ χειρὶ λόγον κατέχοντα. Nam quod vult eruditus interpretes Alexium curru, quo vehebatur, habenas dextera moderatum, nec est simile vero, neque ex Annæ verbis elici potest. An igitur reponenda ea verba, quæ habet lib. vii, pag. 196: Τῇ δὲ δεξιᾷ χειρὶ τῆς τοῦ Λόγου Μητρὸς τὸ ὀμόφορον σημαίαν αὐτὴ εἰκόνα,

Ἄλλ' ἐπέχειν τὸν λόγον ἀνάγκη τὴν γλῶτταν ἐνδακόντας καὶ μὴ παραθεῖν τῆς λεωφόρου, κἄν ὅτι μάλιστα προθυμώτατος ἢ κατὰ τῶν κακουργωτάτων ἐφάλλεσθαι· εἰς καιρὸν γὰρ τὸν προσήκοντα τὰ περὶ τοῦτου ταμειυέσθω μοι. Ὁ δὲ λόγος ἐχέσθω τῆς τῶν Κελτῶν διγγήσεως. Αὐλίζεται μὲν οὖν ὁ αὐτοκράτωρ κατὰ τὴν πέραθεν Δάμαλιν· ἐκείσε γὰρ τόδ' ὅσον ὁ λόγος διαπεραιωσάμενον καταλέλοιπε· καὶ συνέρρεον αὐτίκα ἅπαντες νιφετοῦ δίκην, διαπερῶντες πρὸς αὐτὸν αὐτοῦ που προσμένοντα, τὸ μὲν τὴν ἀπάντων ἔλευσιν ἀπεκδεχόμενον, τὸ δὲ καὶ τὴν σφοδρὰν ἐκείνην ὀδύνην βαῖσαι ἐλπίζοντα. Πλησιῶν δὲ τὴν σελήνην ἤδη θεασάμενος, ἐπεὶ συμπαρήν καὶ ἡ Αὐγούστα τῆς τῶν ποδῶν ὀδύνης ἐπιμελουμένη καὶ κουφίζουσα τοῦτου τὰς ἀλγηδόνας διὰ παντοίας ἐπιμελείας ὦ·, *Εἰ ποτε, εἶπεν ὁ βασιλεὺς, εἰς προνομήν οἱ Τοῦρκοι ὀρμησαὶ ἐβούλοντο, ὁ καιρὸς ἤδη ἐπιτήδειος πάρεστι, καὶ ἀχθομαὶ ἤδη τὸν προσήκοντα καιρὸν ἀπολωλεκώς.* Ἐσπέρας μὲν ἔφη τοῦτο, κατὰ δὲ τὸ περιόρθρον εἰσελθὼν ὁ περὶ τὸν κοιτῶνα τῶν βασιλέων ἀνασχολούμενος ἐκτομίας, τὴν τῶν Τούρκων ἐς Νίκαιαν κατήγγειλεν ἔφοδον, καὶ τοῦ τηνικαῦτα ταύτην προουρῶντος Εὐσταθίου τοῦ Καμύτζη γραφὴν ὑπέδεικνυ τὰ κατ' αὐτοὺς διαλαμβάνουσαν. Ὁ γοῦν αὐτοκράτωρ μὴδὲ μικρὸν ἀναμείνας μὴδὲ μελλήσας ὄλωσ, ἀλλ' οἷον τῆς συνεχούσης αὐτὸν ὀδύνης ἐπιλαθόμενος, δι' ἄρμαμάξις τῆς πρὸς Νίκαιαν φερούσης ἤψατο τῇ δεξιᾷ χειρὶ λόγον ⁶⁷ (47) κατέχων. Οἱ δὲ στρατιῶται τηνικαῦτα τὰ δόρατα τοῦτων ἀναλαβόμενοι κατ' ἑκαστοὶ στοιχίδον ἔφ' ἑκάτερα ἴεντο· καὶ οἱ μὲν παρέθεον τοῦτω, οἱ δὲ προέπιμπον, οἱ δὲ συνείκοντο, συγχαίροντες μὲν αὐτῷ κατὰ τῶν Καρβάρων ἐξορμήσαντι, ἀνιόμενοι δὲ διὰ τὴν ἀπείργουσαν αὐτὸν ἱππάζεσθαι ὀδύνην. Ὁ δὲ πρὸς θάρσος ὠτρυνεν ἅπαντας νεύμασι τε καὶ λόγοις ἡδὺ προσμειδιῶν αὐτοῖς καὶ προσφθεγγόμενος. Δι' ἡμερῶν τε ⁶⁸ τριῶν κατέλαβε τόπον τινὰ Αἰγιάλους ⁶⁹ (48) καλούμενον, ἐξ οὗ πρὸς τὴν Κιθωτὸν διαπλωίσασθαι ἐμελλεν. Ἐπειγόμενον δὲ τοῦτον τὴν διαπεραιώσιν ὀρώσα ἡ Αὐγούστα, συνταξαμένη τοῦτω, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν πορεύετο. Τοῦ δὲ αὐτοκράτορος τὴν Κιθωτὸν καταλαβόντος, προσέρχεται τις αὐτῷ λέγων·

κατέχων; ut sensus sit, Alexium in expeditionem illam profectum, dextera tenentem Deiparæ humerale, vel imaginem; quo casu, ὀμόφορον Deiparæ in priore contra Scythas prælio deperditum haud fuerit. Sed an probabilis sit conjectura, aliis judicandum relinquo.

(48) Αἰγιάλους. Locus in Bithyniæ ora, qui Αἰγύλος Ζοναρῆ in Michaele Theophrasti f. pag. 131, et Scylitzæ, pag. 552.

ἐκκρίτους σατράπας τεσσαράκοντα χιλιάδων
 διαιρεθῆναι, καὶ τοὺς μὲν εἰς προνομὴν τῆς Νικαίας
 καὶ τῶν παρακειμένων αὐτῇ χωρῶν κατελθεῖν. Τὸν
 δὲ Μονόλυκον καὶ τὸν τὰ περὶ τὴν
 θάλατταν δηώσασθαι, ὅτινες τὰ τε παρακείμενα τῇ
 περὶ τὴν Νικαίαν λίμνην, καὶ τὴν Προῦσαν ⁷⁰ δη-
 ώσαντες, ὡς δὲ καὶ τὴν Ἀπολλωνιάδα, αὐτοῦ που
 περὶ ταύτην ἠύλισαντο, κάκεισε τὴν λείαν πᾶσαν
 ἀφελόμενοι, ὁμοῦ πρὸς τὰ πρόσω ἐχώρησαν· τότε
 Λοπάδιον καὶ πάντα τὰ ξυμπαρκαείμενα ληϊσάμε-
 νοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν, φησὶ, τὴν Κύζικον καταλαβόν-
 τεσ, ἐξ ἐφόδου ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς θαλάσσης κατέ-
 σχον, τοῦ ταύτην φρουροῦντος μηδ' ὀπωσοῦν ἀντι-
 σχόντος, ἀλλ' ἀγενῶς ἐκείθεν ὑποχώρησαντος·
 εἶτα τὸν τε Κοντογμὴν καὶ Ἀμῆρ ⁷¹ Μουχούμετ,
 τῶν ἐκκρίτων ἀρχισατράπας διὰ τῶν Λεντιανῶν ^B
 πρὸς τὸ Ποιμανηδὸν ἀπιέναι, ἐφελκομένους λείαν
 πολλὴν καὶ ἄνδρας πλείστους δορυθηράτους καὶ
 γυναῖκα καὶ παῖδας ὄσους ἀφῆκεν ὁ σίδηρος· τὸν δὲ
 γε Μονόλυκον ποταμὸν τινὰ διαπεράσαντα Βαρηδὸν
 ἐγχωρίως καλούμενον, ῥέοντα μὲν ἀπὸ τινος ὄρους
 Ἰδιῶς ⁷² καλουμένου, ἀφ' οὗ πολλοὶ καὶ ἄλλοι
 ἀπορροῦσκονται ποταμοὶ, Σκάμανδρός τε καὶ Ἀγγι-
 λοκωμίτης ⁷³ καὶ Ἐμπηλος, πρὸς τε τὸ Πάρεον
 ἀπονενευκέναι, καὶ τὴν ἐφ' Ἐλλησπόντου Ἀβυδὸν
 καὶ δι' Ἀτραμύτου καὶ τῶν Χλιαρῶν διεληλυθότα
 μετὰ πάσης αἰχμαλωσίας ἀναιμάκτως καὶ ἄνευ μά-
 χης τινός. Πρὸς ταύτην τὴν ἀγγελίαν ὁ αὐτοκράτωρ
 τὴν Καμύτζην, δοῦκα τηνικαῦτα χρηματίζοντα ⁷⁴,
 διὰ γραμμάτων παρεκελεύσατο παρέπεσθαι τε τοῖς ^C
 Βαρβάροις μετὰ πεντακοσίων στρατιωτῶν καὶ τὰ
 κατ' αὐτοὺς διὰ γραμμάτων δηλοῦν, φείδεσθαι τε
 τῆς μετ' αὐτῶν συμπλοκῆς. Ὁ δὲ ἐξελθὼν τῆς
 Νικαίας καταλαμβάνει τὸν τε Κοντογμὴν καὶ τὸν
 Ἀμῆρ Μουχούμετ καὶ τοὺς λοιποὺς εἰς τὰ καλού-
 μενα Ἀόρατα, καὶ ὡσπερ τῆς τοῦ αὐτοκράτορος
 παραγγελίας ἐπιλαθόμενος, παρυχρῆμα τούτοις
 προσβάλλει. Οἱ δὲ, τὸν αὐτοκράτορα προσδόκιμον
 ἔχοντες, καὶ τοῦτον εἶναι τὴν ἐπεισπεσόντα νομί-
 σαντες, πτοηθέντες, τὰ νῦτα διδῶσιν. Σκύθην δὲ
 τινὰ τηνικαῦτα κατασχόντες καὶ παρὰ τούτου πυ-
 θόμενοι, ἐπεὶ τὸν Καμύτζην ἐγνώκεισαν εἶναι τὰς
 ἀκρολοφίας, διήσαν, καὶ θαρρύνοντες ἑαυτοὺς διὰ τε
 τυμπάνων καὶ ἀλαλαγμῶν ἀνεκαλοῦντο τοὺς ἀπαν-
 ταχῆ σκεδισθέντας τῶν ὁμοφύλων. Οἱ δὲ ἀνακλητι-
 κὸν τοῦτ' ἐπὶ τὸ σύνθημα γινώσκοντες πάντες συνέρ-
 ρεον. Ἐπανελθόντες οὖν κατὰ τὴν πεδιάδα τὴν δια-
 κειμένην ἐγγὺς κάτωθεν τῶν καλουμένων Ἀορά-
 των, ἀθῆς ἠθροίσθησαν. Ὁ δὲ γε Καμύτζης (49),
 τὴν λείαν πᾶσαν ἀφελόμενος ἐξ αὐτῶν, οὐκ ἤθελε
 μέχρι τοῦ Ποιμανηκοῦ καταλαθεῖν ὡς εὔ τὰ κατ'
 αὐτὸν ἐν τούτῳ διαθέσθαι· πολίχνιον δὲ τοῦτο ἐρυ-
 μνότατον· ἀλλὰ περὶ τὰ Ἀόρατα ἐμβραδύων, ἔλαθε
 καθ' ἑαυτοῦ βουλευσάμενος. Οἱ Βάρβαροι γὰρ ἐν τῷ

A miseratio doloris quo principem ab equitando
 prohiberi sentiebant. Emendabat tamen incom-
 modum mœroremque in spem optimam mutabat
 renidens omnes in partes imperatoris facies, quem-
 que nutu, aspectu, arrisu blando fortique ad
 strenue rem gerendam beneque sperandum exci-
 tans, additis in idipsum voribus plenissimis ala-
 critatis, quibus dum compellantur modo cuncti,
 modo singuli, gliscebatur per universorum animos
 mirus ardor fiducia conjunctos, ac studium,
 laborem itineris periculique formidinem dulcedine
 sui fallens. Sic triduo perventum ad locum quemdam
 Ægyllus dictum, unde Cibotum versus trajecturus
 imperator erat. Ibi eum trajectionem urgere istam
 Augustus videns, venia impetrata recedendi vale
 ipsi dixit, et in urbem regiam iter intendit. Im-
 peratori Cibotum appulso nuntiavit accedens
 quidam, præcipuos satrapas Turcorum, qui simul
 omnes sub signis haberent quadraginta militum
 439' millia, distribuisse inter se tum copias,
 tum belli gerendi partes, hunc ferme in modum.
 Negotium quibusdam datum infestandæ Nicææ,
 adjacentiumque ipsi regionum atque urbium popu-
 landarum. Monolyco etc..... attributa ad prædan-
 dum esse mari vicina loca. Hos magno successu
 rem gessisse. Vastatis enim omnibus circa lacum
 Nicæensem, Prusa etiam nec non Apolloniade
 expilatis ac direptis congregasse illic copias unum
 in locum castris positus, prædaque omni compor-
 tata. Tum communi consilio atque impetu pro-
 gressos ulterius Lopadium et finitima huic loca
 cuncta latrociniiis et genus omne maleficiis vexasse,
 ipsa, quia etiam, Cyzico primo incursu capta cum
 in eam a parte quæ mare spectat impetum fecissent,
 præfecto urbis nusquam ad prohibendum occur-
 rente, sed ignava et turpi fuga elapso. Deinde
 Contogmen et Amerem Muchumetem qui supra
 præcipuos satraparum eminebant dignitate ac po-
 tentia, per Lentianos Pœmanenum abiisse, tra-
 hentes præ lam multam, virosque captivos plurimos,
 cum mulieribus et pueris quotquot reliquos gladius
 fecisset. Monolycum vero transgresso quodam
 fluvio (quem Barenum accolæ appellant, fluentem
 ex monte quodam Ibihe vocato, ex quo eodem
 multi etiam alii, omnes profluunt, inter quos Sea-
 mander, Angeloconites et Empelus) ad Pareum
 declinasse, et Abydum ad Hellespontum sitam
 prætergressum, per Atramytum quoque et Chliera
 cum tota captivorum multitudine tutum et pacatum
 sine sanguine, sine pugna iter habuisse. Imperator
 hoc indicio accepto litteras dat ad Camytzem tunc
 ducem Nicææ, quibus ei mandabat, ut Barbaros
 pone sequeretur cum militibus quingentis, et quæ de
 ipsis haberet comperta confestim indicaret sibi per

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

⁷⁰ Προῦσαν. ⁷¹ τὸν Ἀμῆρ, ⁷² Ἰδιῶς. ⁷³ Ἀγγελοκωμίτης. ⁷⁴ Νικαίας χρηματίζοντα.

Car. Dufresnii Du-Cangii notæ.

(49) Καμύτζης. De hac Eustathii Camytzæ clade agit Zonaras.

igit in medio positum Augustum instare simul hosti, simul a tergo habere hostem alterum sibi vicissim instantem. Nam quos ducebat Machumetes Barbari, vestigia imperatoris indagazione acri cupidī premebant : interim dum Augustus ipse utrimque conclusus, eos qui a Carme venerant ante se positos insequatur. Sed bene habet quod mature altera ex parte gloriosum sibi exitum vincendo rupit deprehensa virtus : securusque jam Romani auspiciis mali, quas ad conficiendum hostem alterum vires modo erat feliciter expertus, eas integras et fiducia læti successus auctas in reliqua belli partem spe optima vertebat. Urget nihilominus Machumetes coeptum, et quo ruebat impetu cito in postremum imperatoris agmen incidit, eique primum se admovit ejus parti cui Ampelas præerat. Is vicinia imperatoris fretus, alioqui natura projectus ad evadendum, ne tantillum quidem sumere sibi spatii sustinuit quo se colligeret suosque compararet ad hostilem impressionem excipiendam fortiter, sed præceps repente in Machumetem procurrit. Sequatur et Tzipureles. Jamque ambos suis cursus ad ruinas vici veteris provexerat solos, militibus ipsorum nondum eo progressis, sed retro adhuc intervallo idoneo viam legentibus, cum ecce sit eis Machumetes obvius. Vir is erat animi præsentis; vidit statim occasionem suam, et equum Ampelæ jaculo transfigens cum eo equitem humo affligit, adhuc quidem innoxium. Sed circumfusi jam pediti Turci magno numero mox interfecerunt. Irruit in eos audacia ingenti fortissime Tzipureles. Cujus equum ita multis illi undique telis hærentibus confixerunt, ut alatus videretur. Sic et hunc ephippis excussum gladio statim confecere. Interea qui postremum agmen Romani exercitus (hoc agmen in id officii descriptum et loco ultimo pone collocatum est, ut vasorum hajulos, si qui lentiores sint, aut lassī subsistant, tueantur; neque ipsis solum, sed jumentis etiam et sarcinis præsidio sint : et si qua se ostendet a tergo manus hostilis, irruere contra sint parati), hoc, inquam, postremum exercitus tum Romani qui complebant agmen, ubi tandem gradu militari post duces juveniliter prægressos procedentes, Turcos obvios viderunt, facile ipsos fundunt fugantque in eos invecti totis viribus. Erat tunc in istis Turcorum castris captivus et vincus is de quo supra diximus Camytzes. Is perturbationem Turcici exercitus fracti conflictu primo conspicatus inter illos reciprocos fugientium sequentiumque æstus ac fluctus stabili vir animo, quam dudum opperiebatur occasionem in ten pore arripuit captivitatis fuga linientæ. Commodum viam ingresso Gallus occurrens quidam cataphractus, equum dedit : quo ille consensu ad imperatorem cito perlatus est, castris positus morantem in planitie prope vallem arctam

